11. 2. 22

NONNI
DIONYSIACORUM
LIBRI SEX,

AB OCTAVO AD DECIMUM TERTIUM,

RES BACCHICAS ANTE EXPEDITIONEM
INDICAM COMPLECTENTES.

EMENDAVIT

OMNIUM NONNI LIBRORUM ARGUMENTA
ET NOTAS MYTHOLOGICAS

ADJECIT

GEORGIUS HENRICUS MOSER,
ULMA-BAVARUS,
SEMINARII PHILOLOGICI HEIDELBERGENSIS SODALIS.

PRAEFATUS EST

FRIDERICUS CREUZER.

HEIDELBERGAE,
EX LIBRARIA MOHRII ET ZIMMERI ACADEMICA.
MDCCCIX.

Καδδύναμιν ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν
Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς.

Hes. opp. et dies 334. sq.

LECTORI AEQUO ET ERUDITO

S. P. D.

FRIDERICUS CREUZER.

Quanquam in Celeberrimi Ordinis auctoritate acquiescere poterat Editor, qua huic certaminis literarii decretum praemium est, ipseque mecum optime sentio, meam vocem parum commendationis habituram; tamen, quia in eligendo argumento nonnullae partes meae fuerant, equidem deesse nolui honestissimi adolescentis precibus, quo minus praefationis munus susciperem. Verum tamen illâ ipsâ ratione ductus perpaucis defungar.

Ac si quaeratur, cur in Nonno potissimum industriae specimen dari placuerit: nec eramus nescii, quam nihil ejus hominis auctoritati tributum vellet is, cujus auctoritati nihil non tribuendum est, TIBERIUS HEMSTERHUSIUS, ad Luciani Diall. Deor. XXV; et ipsi quoque nobis videbamur perspicere, jacere Nonnum, vel cum Alexandrinis compositum, nedum cum veteribus illis intemeratae elegantiae poëtis. Sed tamen ipsa gravitas argumenti Dionysiacorum, quo nullum unquam per universum fabularum orbem latius patuit, sibi hoc videbatur quodammodo poscere, ut illud poëma studiosius aliquanto tractaretur. Nam, ut novarit multa pro lubitu Nonnus, nec in vocibus solum, quod l. l. HEMSTERHUSIUS conqueritur, sed in metro quoque atque adeo in fabulis; nihilominus pro comperto haberi debet, eundem et luculentissimorum poëtarum vestigia legisse, et doctissimorum scriptorum compilasse scrinia. Neque vero in fabularum tractatione tantum sibi indulsit hic poëta, quantum vulgo credi accepimus. Itaque singulis fere paginis principum e veteribus commonefacere solet is, qui ipse posteriorum etiam extremus debet haberi. Inde consequens est, ut qui utiliter velit in eo poëtâ versari,

nunquam adhaerescat ad turbidos horum Dionysiacorum rivulos, sed ad limpidos Homericorum, Sophocleorum, Euripideorum similiumque carminum fontes pedem referat. Jam vero, quae alia res ei, qui in criticâ factitandâ tirocinium ponere instituat, tantopere prodesse judicanda est, quam haec ipsa comparandi opera et vero etiam necessitas? Namque et in singulis vocibus discet genuinas formas legitimasque internoscere ab adulterinis, et in universi cujusque aut loci aut carminis informatione ipsa ejus poëtae vitia in suum usum convertet, ut fugiat, quod in omnes partes nimium feratur et immodice turgescat, teneatque illud Ciceronianum: sapientis animum nunquam turgescere. Et vero, hoc ipso distinguitur sapiens a sophista, quod ille sibi ipse in omnibus rebus imperat, et suae vitae non minus moderatur, quam orationi: hic legem modumque servare nescit, ideoque nemini non molestiam exhibet. Ac sicut vel hoc uno argumento sophistarum fraudes aperiri posse magnus Bentleius docuit, in illa disputatione de Phalaridis epistolis: sic Nonni etiam hoc ipso indicio notari et aetas et ingenium potest. Caditque hactenus in eum illud Bacchicum, ut saepissime reperiatur in magnâ istâ

multitudine τῶν ναρθηκοφόρων; raro admodum in egregiâ paucitate τῶν βάκχων. Hinc frequens in his Dionysiacis iste παρένθυρσος, cui vitio tales thyrsigeri obnoxii esse solnt. Quicunque vero juvenis recte institutus fuerit, cum ratione tum exemplis, ille, nihil periculi est, ne Homero anteponendum censeat Nonnum, fucoque eminentem colorem magis adamet, quam infucatum candorem nativosque veneres.

Atque, ut huc redeam, hic ipse GEORGIUS HENRICUS MOSER hoc sibi faciendum duxerat, ut horum Dionysiacorum partem cum veterum carminibus componeret. Quo in argumento quum suam industriam probasset Ordini, cum aliis rebus, tum praesertim fabularum fontibus sectandis expromendâque lectionis beatâ satis copiâ: dignus visus est, qui constituto publice praemio publice afficeretur. Nec minus idem juvenis, ex quo noster factus est, collegis meis mihique commendabilis exstitit acerrimo ad summa quaevis contendendi studio, ut qui excolendi ingenii caussâ infinitis difficultatibus se objicere non recusaret. Quas quidem hoc loco non attinet exponere. Illud intelligi volo, simulatque spes ostensa esset edendae hujus commentationis, ita ut poëtae

textus adderetur, me quidem eam rem dissuadere noluisse. Nam primum, hoc pacto provisum quodammodo videri poterat horum rationibus, quorum in usum HEYNIUS ipse, in notis ad Apollodorum p. 232. Nonni selectorum volumen cupierat exhiberi. Deinde nec dimittenda videbatur occasio commendandi humanissimi juvenis; qui, cum naturam satis fautricem nactus esset, morumque facilitate plurimis placeret: minus tamen facilem fortunam expertus est, adeoque nihil fere non sibi ipsi debere videtur. Quocirca, ne ego quoque difficilis reperirer, malui me remittere, quam cum Horatio nonum annum poscere; praesertim cum Editorem vidissem non connivere in suis vitiis, neque, ut saepe fit partâ victoriâ, sibi ipsum placere, tanquam omnia jam summa consecutum. Itaque nunc quoque spero, fore, ut idem diligentis instar agricolae, ferro amputet assidue coërceatque quidquid serpere videatur multiplici erraticoque lapsu, ne materia ipsi silvescat sarmentis. Cumque adhuc argumento tractando plus tribuisse videatur, quam vertendo stilo, hoc agat, necesse erit, ut utramque curam conjungat, neque totum sese rerum indagationi tradat,

sed lectionis delectu usuque scriptionis orationem quoque comat et perpoliat.

His expositis, nihil est, quod diutius Te morer, Humanissime Lector! Itaque vale, honestisque hujus Juvenis conatibus fave.

Scribebam Heidelbergae ipsis Kalendis Martiis a. MDCCCIX.

DE NONNI VITA

INGENIO ET SCRIPTIS

COMMENTATIO.

NONNUS natus fuit Panopoli, Aegypti urbe [1]) quod testatur Eudocia in Violar. p. 311. Νόννος Πανοπολίτης ἐξ Αἰγύπτου λογιώτατος. ὁ καὶ τὸν παρθένον Ἰωάννην παραφράσας δι' ἐπῶν. Accedit epigramma incerti auctoris:

Νόννος ἐγώ, Πανὸς μὲν ἐμὴ πόλις, ἐν Φαρίῃ δὲ
Ἔγχεϊ φοινήεντι γονὰς ἤμησα γιγάντων.

Floruit seculo post Christum natum quinto, vel exeunte quarto; [2]) aetate provectior Christianus factus est et Johannis Evangelium me-

1) Nostrum non confundendum esse cum Nonno, Gregorii Nazianzeni Scholiasta, docuit Bentley ad Phalaridis epistolas p. 24 — 26. ed. Lond. 1699.

2) Antequam novi aperiantur fontes, Nonni aetas accuratius definiri nequit. Hoc, quod posuimus, prodit ex Agathia historico, qui teste Suida Justiniani imperatoris tempore floruit, quique L. IV, p. 128. sic: Ταῦτα γὰρ οἵ τε πρότερον ποιηταὶ ᾄδουσι καὶ οἱ νέοι παραλαβόντες συνᾴδουσιν, ὧν δὴ καὶ Νόννος ὁ ἐκ τῆς Πανὸς τῆς Αἰγυπτίας γεγενημένος ἔν τινι τῶν οἰκείων ποιημάτων, ὅπερ αὐτῷ Διονυσιακὰ ἐπωνόμασαι κ. τ. λ. collato Synesio (epist. 43 et 102.), qui ineunte seculo quinto vixit et filium cujusdam Nonni, Sosenam διὰ λόγων τραφέντα καὶ αὐξηθέντα, amicis suis Anastasio ac Pylaemeni commendat.

tro adstrinxit, Dionysiaca utrum iam Christianus an prius scripserit certis argumentis dijudicare non licet; ceterum haud absurde credideris, Nonnum ut prius Christianae fidei mysteria cecinisset, etiam profanae religionis mysticas fabulas tradere voluisse, ut sive ingenium in iis exponendis ostentaret, sive discrimen utriusque religionis descriptis primarii cujusdam Dei fatis declararet, sive quod in Bacchicis fabulis priscae humani generis historiae partem, philosophiae, religionis atque animi culturae ab India oriundarum vestigia contemplatus, haud indignum judicaret, quidquid de iis antiquitus traditum esset, perlegere et uno carmine comprehendere. Sed obstare videtur huic opinioni, quod plerique omnes ejus aevi Christiani ita quidem odio habuerunt paganorum, quos dicerent, errores, ut parum sit probabile hominem Christianum tantam in enarrandis et exornandis quas damnaret fabulis curam impendisse. Huic ergo sententiae non multum tribuerim. Itaque nisi aliae, quas compertas non habeo, rationes dissuadeant, statuere malim, Nonnum, cum paganismo nondum se abdicasset haec conscripsisse Dionysiaca, postea vero, Christianorum sacra amplexum, ad Johannis Evangelium, utpote excepta Apo-

Quos enim **n o v o s p o e t a s** appellat Agathias, ii non quidem ejus aequales, sed aliquo tempore non ita multo ante aetatem ipsius ponendi videntur mihi cum Fabricio.

calypsi, librorum novi foederis ποιητικώτατον et μυστικώτατον, paraphrasi exornandum animum appulisse.

Judicia de Nonni indole aliorum sunt alia, ita ut ambiguus haereat, qui nonnisi ab aliis quid de Nonno statuendum sit, edoceri velit. Si Falkenburgium Nonni editorem audimus, in Nonnum summa omnia conferemus, quem omnis sapientiae fontem largissime scaturientem, poeseos primarium sidus ille declarat: nam Homeri Nonnique poemata argumento atque inscriptione potius, quam elegantia aut virtutibus differre, neque quidquam in Homero eximium occurrere accurato lectori existimat, cujus non expressa in Nonno existant vestigia; amisso igitur utroque Homeri poemate, quidquid admirabile in iis aut praeclarum inveniatur, e Bacchicis Nonni peti et eodem haberi loco et posse et debere. Angelum illum Politianum et M. Antonium Muretum interrogantes, summum et praestantissimum scriptorem Nonnum esse docebimur, Janus quoque Lascaris mire eo legendo delectatus fuisse traditur, immo proximo anno Hermannus v. cl. in obss. de gr. L. dialectis [1]) epicam poesin, quae tum temporis paene jam interierat, praesertim a metrica ratione feliciter ab-

(1 p. X.

Nonno restauratam esse contendit. Sunt tamen alii viri, doctrina haud parum praestantes, Nicolaus Heinsius, Petrus Cunaeus et Josephus Scaliger cum P. Rapino, qui in Nonno despiciendo ne satisfacere quidem sibi posse videntur, quid? furorem illi, simul languorem, prolixitatem et communis sensus defectum objiciunt, addentes, non opus nobis Nonnum reliquisse sed chaos; immo C. Dinnerus (in praefat. ad epith. gr. Han. 1605.) Nonnum. Midam alterum epithetorum appellat. Quibus nuper accessit Nic. Schow, Danus, qui in commentatione de indole carminis Nonni ejusdemque argumento (Havniae 1807.) ait: Nonno fuisse ingenium, at ingenium incultum, sensuque veri et pulchri destitutum. Defendit tamen idem Nonnum ab eorum reprehensione, qui Quintum Smyrnaeum Nonno praeferant, addens, hosce poetas nullo modo inter se comparari posse, cum Quintus veteres poetas fere ubique exscripserit, Nonnus vero argumenta veterum poetarum et mythographorum pluribus in locis suo tractarit modo.

In tanta judiciorum diversitate quid aliud nobis restat, quam ut ipsi inspiciamus opus, si, quid de Nonno statuendum sit, scire velimus. Egregie igitur ii, qui sua, qua florent auctoritate, ita utuntur, ut in hunc scriptorem tam diu neglectum philologiae cultorum ocu-

los advertant, quo accuratior tandem prodeat ejus editio (quam quidem per biennium fere librariorum catalogis nobis promissam nondum comparuisse dolemus), quoque, quam ille tractat, fabula, qua non alia latius patet, quaque nullum pulchrius exstat ingenii graeci monumentum, penitius inspiciatur; cum per satis longam quidem annorum seriem agnoseant jam homines philologi, immo vero postulent, ut in antiquitatis mythologia tractanda tempora locaque distinguantur, neque summa imis confundantur, neque tamen adhuc prodierit opus, quod justo illo desiderio plane satisfaceret. Largum vero omnis generis fabularum fontem nisi primum, unicum tamen saepissime esse Nonni librum, quippe cujus auctori multo plura quam nobis patuerint opera, unicuique erit exploratum. Quot enim quantaque nobis temporum injuria e solo Bacchico genere deperdita sunt pera, quorum majori sane parte Nonno uti licuit! Nam ut de. tragicis exordiar, fuere, quales nunc Euripidis habemus, Bacchae, etiam ab Aeschylo,[1]) Cleophonte,[2]) Iophonte,[3]) Xenocle[4]) et Epigene[5]) conscriptae; con-

1) Catal. trag. Aesch. ap. ej. Schol.

2) v. Suidam h. v.

3) Suid. et Eudoc. p. 248. plura habet Böckhius de gr. Tr princc. p. 116.

4) Ael. V. H. II. 8.

5) Suid. et Eudoc. p. 166.

scripserat Bassaras sive Bassaridas Aeschylus, [1]) idem Διονύσου τροφὰς, [2]) Καβείρους, [3]) Lycurgum [4]) et Xantrias, (quas tragoediam esse docecuit Böckhius de graecae tragoed. princc. p. 28 sqq. qui universe super hac re conferendus p. 299.) fuit ejusdem Σεμέλη ἢ ὑδροφόρος [5]) ejusdemque nominis tragoediae Carcini [6]) et Diogenis Oenomai, [7]) exstabant plures fabulae Penthei nomine inscriptae, quales composuerant Aeschylus, [8]) Euripides [9]) et Iophon, [10]) (utraque vero cum eorundem Bacchis una eademque fuisse videtur [11])) Chaeremon, [12]) Ly-

1) Hesych. et Simplic. de coelo II. p. 125. b.

2) Schol. Eur. arg. Medeae.

3) Athen. IX. 4.

4) Schol. Theocr. X. Athen. X. 14. Hesych. et Schol. ad Soph. Oed. Col. 668.

5) Hesych. et Schol. Hom. Marcian. ad Il. IV. 319. p. 120.

6) Ath. XIII. p. 559. Suid. v. Καρκίνος ib. Kuster. p. 145.

7. Suid. et Eudocia p. 132.

8) Catal. trag. Aesch. ap. ej. Schol.

9) Plut. in Vita Crassi.

10) Suid. et Eudocia p. 148.

11) Valk. diatr. Eurip. p. 16. B.

12) Suid. h. v. Aristot. Rhet. II. 23.

phron [1]) et personatus Thespis,[2]) habuit sane Nonnus Sophoclis Ἀθάμαντα πρότερον et δεύτερον [3]) et Xenoclis ejusdem nominis drama satyricum, [4]) Sophoclis Διονυσιακὸν, [5]) Chaeremonis Διόνυσον [6]) et Neoptelemi Pariani Διονυσιάδα [7]), epico uti videtur carmine conscriptam, qualis fuit Euphorionis Διόνυσος, Dionysii Bassarica [8]) et Theolyti Βακχικὰ ἔπη. Non minor fuit fabularum comicarum copia. Conscripserant Bacchas Epicharmus, 9) Antiphanes, [10]) Diocles, [11]) Lysippus, [12]) Διόνυσον πρότερον et δεύτερον Magnes, [13]) Διόνυσον etiam Aristophanes vel Aristomenes, [14]) Eubulus [15]) et Timocles, [16]) idem Διονυσιαζού-

1) Suid. h. v.

2) Pollux VII. 2. cf. Bentleius resp. ad Boyl. p. 281 ed. Lps.

3) Hesych. et Schol. Pind. Pyth. IV.

4) Aelian V. H. II. 8.

5) Hesych. Plura suppeditat Böckhius l. c. p. 128.

6) Suid. h. v.

7) Ath. p. 82. d.

8) Heyn. ad Apollod. III. 5. 1. p. 576.

9) Ath. III. 23. p. 106.

10) Ath. p. 441. c.

11) Poll. X. 18. Suid. v. κακὰ κακῶν.

12) Poll. X. 154.

13) Ath. X. 1. p. 367 f. XIV. p. 646.

14) Ath. XIV. 17.

15) Clem. Al. Str. VII. p. 716.

16) Ath. IX. p. 707.

σας,[1]) Aristomenes Διονύσιον ἀσκητήν,[2]) Cratinus Διονυσαλέξανδρον, [3]) Sopater[4]) Βακχίδα, Βακχίδος γάμον, et Βακχίδος μνηστῆρας, reliquerant denique Amphis [5]) et Anaxandrides [6]) fabulas quibus nomen Διθύραμβος. Permulta praeterea fuere carmina dithyrambica, ex quibus Pindari, Philoxeni,[7]) διθύραμβοι, et Timothei Ὠδὴν sc. Σεμέλης maxime fuerant celebrata[8]). Fuit quoque Artemonis opus περί Διονυσιακοῦ συστήματος, Arignote Pythagorea reliquerat Βακχικά, restabant historicorum libri Bacchicam fabulam attingentes, Xanthus hoc fecerat in Lydiacis, Theopompus in rebus Thraciae historiae Philippi insertis; Pherecydes Lerius, Aristoteles et alii plurimi conscripserant festa Bacchica.

Ex his omnibus quid nobis restat, quam nomina aut exigua fragmenta ab Athenaeo,

1) Ath. VI. p. 323.

2) v. Fabric. B. Gr. II. p. 424. ed. nov.

3) Suid. et Etym. M. v. Βῆ. Ath. III. p. 119. et Schol. ad Arist. Vesp. 542.

4) Ath. XV. p. 656. IV. p. 160. XIV. p. 644.

5) Ath. IV. p. 175.

6) Ath. p. 374.

7) Suidas v. τεττατινελό, Schol. ad Aristoph. Plut. 290. 295.

8) Cf. Bentley Respons. ad Boyl. p. 321. ed. Lps. Beck ad Pind. p. 481. et ad Schol. Pind. p. 491.

Strabone aliisque servata? Grato igitur animo accipiamus Nonni opus, quod plura certe nobis ex iis servavit, quae illi antiqui tam larga sparserant manu. Confitendum quidem, Nonnum poetam non tanti faciendum, quanti Nonnum μυθογράφον vel potius μύθων κολλητῆρα, eumque nobis non tam sponte enatum ingenii fructum, quam artis opus procudisse; sed philologis saltim penum praestat, unde singulis propemodum historiae fabularis partibus lux afferri queat. De singulis, quae vel laudanda vel vituperanda videbuntur, sicubi librorum series tulerit, judicabimus.

Quas vero nunc habemus Nonni editiones, mire sunt librariorum negligentia depravatae, ut Herculeum opus aggredi videatur, qui hoc Augiae stabulum purgare susceperit. Sed exstant complura adjumenta, praesertim codices manuscripti in Vindobonae, Monachii, Venetiarum, Romae et Parisiorum bibliothecis reconditi; qui si quando collati fuerint, non dubium est, quin novus prodeat et castigatus Nonnus, quem legere ac relegere literarum cultores haud sint aspernaturi. Quae mihi praesto fuere adjumenta ad emendandam editionis Falkenburgianae (quae Hanoviae 1605. 8. prodiit) lectionem, operarum negligentia misere laceratam, sunt paucissima. Habui Falkenburgii lectiones et conjecturas, praeterea P. Cunaei

animadversiones in Nonni Dionysiaca cum Jos. Scaligeri conjectaneis (Lugd. Bat. 1610). Ceterum de plurimis rebus ad Nonni bibliographiam pertinentibus consulat Fabricii bibliothecam graecam T. VIII. p. 601 sqq. qui uberius edoceri velit.

Sed adeamus Nonnum, videamusque, qua via progrediatur ad Thebanam fabulae Bacchicae formam, septem priorum librorum summam paucis complectentes.

Lib. I.

Europam sororem a Jove raptam Cadmus quaesiturus in Arimorum speluncam defertur, ubi Typhoëus, dum Jupiter cum Plota Tantalum gignebat, fulmina reposita suffuratus fuerat. Nam per longum temporis spatium varia fortuna Typhoëus bellum intulerat Jovi, cui et coeli sidera auxilium ferebant: neque fulgura eandem in illius quam in Jovis manibus vim habuerant. Interea Jupiter succensente Junone Europam rapuerat. In Cadmum prope specum illam incidens hoc uti constituit ad fulmina recuperanda: pastoris igitur illi habitum induit eumque, ut Typhoëa tibiarum cantu demulceat, rogat. Prospere procedit commentum, Typhoëus Cadmo, ut tibiis canere pergat, fulgura, quae ille cantus pretium petierat, in manus tradit.

Lib. II.

His acceptis Cadmus aufugit, eaque Jovi reddit. Typhoëus bellum renovaturus cum frustra ablata quaesivisset immane quantum in mare terramque saevit. Dii deaeque lugent. Nice (Victoria) Jovem exhortatur suam opem pollicita. Typhoëus furibundus diis in fugam

conjectis Jovi ceterisque servitutem minatur. Gigantas armat. Jupiter quoque arma parat. Typhoëus montes montibus imponit, diu omnibus quoque elementis, excepta terra, contra ipsum insurgentibus resistit, tandem victus cadit, Jove ei insultante. Pace restituta Jupiter Cadmo pollicetur, Martis eum et Veneris generum fore.

Lib. III.

Cadmus ut promissa Harmonia potiatur in Thraciam navigat Suada (Πειθώ) comitante. Hortos Electrae magnificentissimos intranti Electra occurrit, genus ab eo atque fata sciscitans, suaque Cadmo exponens. Jupiter ad Electram mittit Mercurium, ei persuasurum, ut Cadmo conjugem det Harmoniam, quam una cum Emathione filio educaverat.

Lib. IV.

Harmonia vero Cadmum, utpote peregrinum, tanto honore indignum aspernatur. Venus, Peisinoës (i. e. deae mentem flectentis) specie induta, multis illam argumentis compellit; subito Harmonia Cadmi amore flagrat. Cadmus cum ea in Graeciam profectus oraculo admonetur, ut urbem condat, eo loco, ubi taurus, quem secum ducat, recubuerit. Cum prope Dircen taurus accubuisset, ab immensae magnitudinis Martis dei dracone Cadmi comites devorantur. Cadmus ab eodem invasus Pal-

ladis vero auxilio adjutus eum trucidat; eaque jubente draconis dentes in terram spargit. Subito inde gigantes enati se invicem armis jugulant.

Lib. V.

Sacrificio facto Cadmus Thebas septem portis inclytas condit; novam urbem Amphion moenibus circumdat. Portae diis consecrantur; Cadmus nuptias cum Harmonia init. Epulis nuptialibus dii intersunt, donaque nuptialia matrimonio junctis impertiuntur, in quibus Vulcani eximium collare eminet. Ex Harmonia nascuntur Cadmo Autonoë, Ino, Agave filiae et omnium pulcherrima Semela; filius Polydorus. Aristaeus, mellificii et olei inventor, Autonoë uxore ducta Actaeonem venatorem filium habet, qui, quod Dianam lavantem conspexerat in cervum conversus a suis canibus dilaceratur miserrimas querelas edens. Frustra a parentibus quaesitus patri in somniis apparens, quid factum sit, aperit. Autonoë ejus ossibus collectis justa peragit. Agave Echionis fit conjux et Penthei mater. Ex Inone Athamas maritus Learchum progenuit et Melicertem. Semela illustrioribus servatur hymenaeis, nam novum Jupiter Bacchum gignere constituerat. Zagreus enim Jove et Proserpina natus primus fuerat Bacchus. Proserpinae nempe connibium omnes ambierant dii.

Lib. VI.

Sed Ceres filiam occultans fatidicum de futuris percontatur et de iis certior fit. Quamvis curio-

sius reconditam Jupiter invenit et cum ea draconis formâ concumbit. Zagreus a Proserpina partu editus Junone impellente a Titanibus discerpitur multas formae mutationes expertus. Jupiter ira furens terram incendio vastat, Oceani vero precibus motus diluvio ignem exstinguit. Inundatur terrarum orbis, homines animaliaque suffocantur, aquae ad coelum usque ascendunt. Neptunus vero tridente terram findit, quo facto aquae sub terram per gurgitem se recondunt. Terra novis incolis patet; e prioribus Deucalion solus fuerat conservatus.

Lib. VII.

Novis hominibus quidem repletur terra, sed tristem agentibus vitam. Aeon (aevum, quod translate in personam cessit) hominum status misertus Jovem adit pro hominibus deprecans. Jupiter illis vinum laetificans pollicetur et Bacchum ejus inventorem. — Amor (Ἔρως) unâ ex duodecim, quas Jovi destinaverat, sagittis eum percutit, cum Jupiter Semelam lavantem videret, quae cum fata sibi imminentia in somniis vidisset, sacrificio facto sanguine adspersa lavatum ierat. Jupiter qui diei finem summa desideraverat impatientia, nocte ingruente Semelen aggreditur et variis animalium formis utens eam sibi conjugem facit.

NONNI DIONYSIACORUM

LIBER OCTAVUS.

ARGUMENTUM

LIBRI OCTAVI.

Semela gravida jám bacchanti similem sese gerit. Invidia (Φθονος) Martis specie assumta Junonem Pallademque adit, declarans, se coelum relicturum, si in posterum tot hominum liberi in coelum reciperentur. Juno a Dolo (Απάτη) cingulum petit quod formam induentis transmutandi vim habet: eoque accepto nutricis Semelae specie Semelam adit, eique persuadet, ut flagitet a Jove divinitatis argumentum fulmina, quibus instructus ad ipsam veniat. Semela decepta precibus fatigat Jovem, qui frustra eam dehortatus petita se facturum pollicetur. Intrat fulminibus circumdatus; Semela, flammarum impatiens interimitur. Jupiter vero semiperfectum Bacchum femori suo insuit, Semelae vero locum in coelo adsignat.

NONNI DIONYSIACORUM

LIBER OCTAVUS.

Ὣς εἰπὼν ἐς Ὄλυμπον ἔβη θεός· ἐν δὲ μελάθρῳ
Ὑψιρόφῳ νόον εἶχεν ἀλώμενον ἐγγύθι νύμφης,
Θήβης οἶστρον ἔχων πλέον αἰθέρος· ἱμερόεις γὰρ
Οὐρανὸς ἦν Κρονίδῃ Σεμέλης δόμος· ἀμφὶ δὲ πάσῃ
Ἀμφίπολοι Καδμοιο Διὸς πέλον εὔποδες Ὧραι·
Καὶ γαμίῃ ῥαθάμιγγι διïπετέων ὑμεναίων
Ὄγκῳ θλιβομένη Σεμέλης κυμαίνετο γαστήρ·
Μαρτυρίῃ δὲ τόκοιο φιλοστεφάνου Διονύσου
Στέμματι θυμὸν ἔτερπεν· ἐπ᾿ ἀνθοκόμου δὲ καρήνου
Θυάδος αὐτοέλικτον ἀνέπλεκε κισσὸν ἐθείρης,

v. 1. Pro ἠδὲ posui ἐν δὲ; opponere enim, neque vero conjungere vult poëta praecedentia sequentibus.

v. 2. Ex usu aliorum scriptorum reponendum videtur ὑψορόφῳ, cum ὑψιρεφὴς aut ὑψερεφὴς nonnisi tertiae declinationis typum sequentia occurrant. Sic et v 18.

Βασσαρίδων ἅτε μάντις· ἐπεσσομένῃσι δὲ νύμφαις
Ὄψιμον ἀγχιτόκοισιν ἐπωνυμίην πόρε κισσοῦ.
Καὶ βαρὺν ὄγκον ἔχουσα θεηγενέος τοκετοῖο
Εἴ ποτέ τις σύριγγι γέρων ἐμελίζετο ποιμὴν,
Γείτονος εἰσαΐουσα φιλαγραύλου μέλος ἠχοῦς,
Οἰοχίτων θαλάμοιο διέστιχε θυάδι φωνῇ·
Εἰ κτύπος ἐρεσίφοιτος ἀκούετο δίζυγος αὐλοῦ,
Ὑψιρόφων ἀπέδιλος ἀναθρώσκουσα μελάθρων
Εἰς ῥάχιν αὐτοκέλευστος ἐρημάδος ἔστιχεν ὕλης·
Κύμβαλον εἰ πλατάγησε, ποδῶν ἐλελίζετο παλμῷ,
Λοξῷ καμπύλον ἴχνος ὑποσκαίρουσα πεδίλῳ·
Εἰ δὲ τανυκραίροιο μεμυκότος ἔκλυε ταύρου,
Ἀντίτυπον μύκημα βοὸς μυκήσατο λαιμῷ.
Πολλάκι ποιμενίην ὑπὸ δειράδα θυάδι φωνῇ

v. 11. 12. Scribendum sine dubio pro ἀπεσσ. est ἐπεσσομένῃσι. Sed quamquam Nonnum sic scripsisse certus sim, tamen Cunaei emendationem mentione dignam puto, qni rescribendum putat ἀσωομένῃσι, vestigiis insistens Aristotelis L. VII. hist. anim. cap. 4. ubi sic: εἰώθασι δὲ ταῖς κυούσαις αἱ ἐπιθυμίαι γίνεσθαι παντοδαπαὶ, καὶ μεταβάλλειν ὀξέως, ὃ καλοῦσί τινες κισσᾷν· μάλιστα δὲ ἀσῶνται, ὅταν ἄρχωνται τὰ παιδία τρίχας ποιεῖν. Ceterum acerbissime invehitur Cunaeus in Nonnum, etymologiarum captationem reprehendens, fundamentis justis non nixam, quippe cum ἡ τῶν νεογάμων κίττα non ab hedera, sed ab avicula quadam, quae κίττα vocaretur, nomen acceperit. De voce κισσᾷν v. Schneid. Lex. et quem ille laudat Aristophanis locum cum Scholiasta. cf. nostram annot. ad h. l. in Commentario.

Πανὶ μέλος συνάειδε, καὶ ἔπλετο σύνθροος Ἠχώ·
Καὶ νόμιον κερόεντος ἀμειβομένη κτύπον αὐλοῦ
Εἰς χορὸν ἴχνος ἔκαμψε· πάϊς δ' ἀλόχευτος ἐχέφρων
Ἄλμασιν ἐνδομύχοισι συνεσκίρτησε τεκούσῃ
Αὐλομανὲς μίμημα, καὶ αὐτοδίδακτον ἀοιδὴν
Ἡμιτελὴς κελάδησε, χέων ὑποκόλπιον ἠχώ.
Ὣς ὁ μὲν ἀρσενόπαιδος ἀέξετο γαστέρος ὄγκῳ
Ἄγγελος εὐφροσύνης νοερὸν βρέφος· ἀμφὶ δὲ κούρῳ
Ἀμφίπολοι Κρονίωνος ἐπέσσεφον οὐρανὸν Ὧραι.
Καὶ Φθόνος ὑψιμέδοντος ὀπιπεύων Διὸς εὐνὴν,
Καὶ Σεμέλης ὠδῖνα θεηγενέος τοκετοῖο,
Βάκχου ζῆλον ἔδεκτο, καὶ ἔνδοθι γαστρὸς ἐόντος,
Αὐτοπαθὴς, ἄστοργος, ἑῷ βεβολημένος ἰῷ·
Καὶ φρενὶ κερδαλέῃ σκολίην ἐφράσσατο βουλὴν,
Ἄρεος ἀντιτύποιο φέρων ψευδήμονα μορφὴν
Ἔντεσι, μιμηλοῖσι, καὶ οἷά περ αἵματος ὁλκῷ,
Ἄνθεϊ φαρμακόεντι κατέγραφε νῶτα βοείης
Ποιητῇ ῥαθάμιγγι· καὶ, ὡς κταμένων ἀπὸ φωτῶν,
Βάψας ἰσοτύπῳ δεδολωμένα δάκτυλα μίλτῳ
Χεῖρας ἐρευθιόωντι νόθῳ φοινίσσετο λύθρῳ·
Καὶ κτύπον ἐννεάχιλον ἀνήρυγεν ἀνθερεῶνος,
Σμερδαλέοις στομάτεσσι φέρων ῥηξήνορα φωνὴν,
Κλεψινόοις δ' ὀάροισιν ἀνεπλείησεν Ἀθήνην,
Καὶ φθονερὴν οἴστρησεν ἔτι πλέον εἰς χόλον Ἥρην,
Ἀμφοτέρας δ' ἐρέθιζε· τόσῳ δ' ἠνίπαπε μύθῳ·

v. 25. Melius forsan καὶ ἔπλετο σ. Ἠ. —

Δίζεο σοι νέον ἄλλον ἐν αἰθέρι νυμφίον, Ἥρη,
Ἄλλον, ἐπεὶ Σεμέλη τεὸν ἥρπασεν, ἧς χάριν εὐνῆς
Θήβης ἑπταπύλοιο γαμήλιον οὖδας ἀμείβων
Οὐρανὸν ἑπτάζωνον ἀναίνεται· ἀντὶ σέθεν δὲ
Τέρπεται ἀγκὰς ἔχων χθονίην ἐγκύμονα νύμφην·
Πῆ μοι ζῆλος ἔβη μητρῷος; ἢ ῥα καὶ αὐτῆς
Εἰς Σεμέλης ὑμέναιον ἐθηλύνθη χόλος Ἥρης;
Πῆ σέο κέντρα μύωπος ἀφειδέος; οὐκέτι πόντῳ
Πόρτις ἀλιπτοίητος ἐλαύνεται, οὐκ ἔτι βούτης
Ἄργος ἀκοιμήτοισι πολυσπερέεσσιν ὀπωπαῖς
Κλεψιγάμου Κρονίδαο νεώτερα λέκτρα φυλάσσει.
Ἀλλὰ τί μοι δόμος οὗτος ὀλύμπιος; εἰς χθόνα βαίνων
Αἰθέρα καλλείψω πατρῷον· ἡμετέρην δὲ
Θρήκην ναιετάων, οὐ μητέρος ἄλγεα λεύσσω
Ἀχνυμένης, οὐ Ζῆνα γαμοκλόπον οὐδέ ποτ' ἔλθῃ
Γαῖαν ἐς ἡμετέρην ποθέων Βιστωνίδα κούρην·
Γνώσεται οἷος Ἄρης, ὅτε χώεται· ἡμετέρην γὰρ
Τιτήνων ὀλέτειραν ἔχων θανατηφόρον αἰχμὴν
Ἐκ Θρήκης Κρονίωνα γυναιμανέοντα διώξω·
Καὶ πρόφασιν μεθέπων, ὅτι παρθένον εἰς λέχος ἕλκει
Ἔσσομαι αὐτοκέλευστος ἐμῆς τιμήορος εὐνῆς,
Ὅττι χαμαιγενέεσσιν ὁμιλήσας ὑμεναίοις
Αἰθέρα ποικιλόνωτον ἑῶν ἔπλησεν ἐρώτων·
Οὐρανὸς ἰλήκοι μερόπων δόμος, ἄξονα βαίνω·

v. 55. Cur Mars Junoni *μοι* dicat, neque potius *σοι*, non video.

v. 73. *Ἰλήκω* alibi *favere* significat v. c. X. 314. ubi *ἰλήκοις* idem est quod *ἵλαθι*; Nonnus multis locis hoc verbo pro *valere* utitur v. c. h. l. et XXX. 287. — Eodem versu Cunaeus de voce *ἄξονα* ait: „Dolet Mars, mortalibus in „coelo locum dari et ipse igitur ad terram abire vult, ubi

Καλλιςῶ κατ' Ὄλυμπον ἑλίσσεται, ἧχι φαείνει
Κύκλος ἀεροιλόφοιο Φερώνυμος Ἀρκάδος ἄρκτου·
Πλειάδος ἑπ]απόρϐ ςυγέω δρόμον· ἐν γὰρ Ὀλύμπῳ
Ἠλέκτρη κλονέει με συναςράπ]ϐσα Σελήνῃ·
Νῦν πόθεν ἠρεμέεις ἐπικόλπιον υἱέα Λητϐς;
Ἤκαχες Ἀπόλλωνα, καὶ ϐ Διόνυσον ὀρίνεις;
Τικτομένης Ἥφαιςε μογοςόκε Τριτογενείης,
Τία νόθης ἀλόχοιο λοχεύσεται αὐτοτόκος Ζεύς,
Ὠδίνων τόκον ἄλλον ὑπέοτερον ἄρσενι μηρῷ·
Οὐδὲ τεϐ βϐπλῆγος ἔτι χρέος, εἶξον Ἀθήνῃ·
Λῆγε Διὸς βοόωσα λεχώϊον ἄντυγα κόρσης·
Ὅτ]ι σοφὴν ὠδῖνα τελεσσιγάμοιο καρήνϐ
Αἰσχύνει Διόνυσος, ὅτι χθονίης ἀπὸ φύτλης
Ἔσσεται αὐτολόχευτος Ὀλύμπιος ὥσπερ Ἀθήνη·
Κρύπ]ων Παλλάδος εὖχος ἀμήτορος· ἀλλὰ καὶ αὐτός
Αἰδέομαι πολὺ μᾶλλον, ὅταν μερόπων τις ἐνίψῃ·
Ζεὺς πόρε δῆριν Ἄρηϊ καὶ εὐφροσύνην Διονύσῳ·
Ἀλλὰ πόλον Κρονίδαο νόθοις τεκέεσσιν ἐάσσας
Ἵζομαι ϐρανόθεν μετανάςιος· ὑγροπαγὴς δὲ
Ἶςρος ἐὸν σκηπ]ϐχον ἀλητεύοντα δεχέσθω·
Πρὶν Διὸς οἰνοχόον Γανυμήδεα δεῦρο νοήσω,
Βϐκόλον εὐχαίτην μετὰ Πέργαμον ἀςὸν Ὀλύμπου,
Οὐρανίης ἄψαυςον ἀμειβόμενον δέπας Ἥβης·

„haec non videat neque audiat. Legendum εἰς χθόνα." Non male; sed quid si voce ἄξονα idem dicere voluit Nonnus?

v. 83. βουπλὴξ est apud Eustathium πέλεκυς βοὸς ἀναιρετικός; nunquam fortasse, nisi nostro loco, pro Palladis hasta usurp atur.

v. 85. Cunaeus non inepte τελεσσιγόνοιο.

Πρὶν Σεμέλην καὶ Βάκχον ἴδω ναετῆρας Ὀλύμπου·
Καί στέφος ἀστερόφοιτον ἐπιχθονίης Ἀριάδνης,
Σύνδρομον Ἠελίοιο συνέμπορον Ἠριγενείης.
Κεῖθι μένω, μὴ κῆτος ἴδω, μὴ Περσέος ἅρπην,
Μὴ τύπον Ἀνδρομέδης, μὴ Γοργόνος ὄμμα Μεδούσης,
Οὓς Κρονίδης μετόπισθεν ἐνιστήσειεν Ὀλύμπῳ.
Εἶπε, καὶ αὐτογόνοιο νόον συνέχευσεν Ἀθήνης,
Καὶ πλέον ἠέξησε βαρυζήλου χόλον Ἥρης.
Καὶ Φθόνος ὀξὺς ὄρουσε, καὶ ἀγκύλα γούνατα πάλλων,
Ἤιε λοξὰ κέλευθα δι' ἠέρος· ἀνδρομέοις δὲ
Ὄμμασι καὶ πραπίδεσσιν ὁμοίιος ἔσσυτο καπνῷ,
Εἰς δόλον, εἰς κακότητα νόον τελχῖνα κορύσσων·
Οὐδὲ Διὸς βαρύμηνις ἐλώφεεν εὐνέτις Ἥρη·
Ἀλλὰ θυελλήεντι παραΐξασα πεδίλῳ
Ποικίλον εὐφαέεσσι κεκασμένον οὐρανὸν ἄστροις
Ἄσπετα φοιτητῆρι διέδραμεν ἄστεα ταρσῷ,
Κερδαλέην Ἀπάτην διζημένη, εἴ που ἐφεύρῃ·
Ἀλλ' ὅτε Δικταίης Κορυβαντίδος ὑψόθι πέτρης

v. 105. Quod h. l. est adjectivum, *callide malignum* significans (neque vero furiosum, ut vult Lubinus, interpres latinus) τελχίς, infra XXIV. 114 est nomen proprium, uti et apud Strabonem XIV. p. 966. Alm. et apud Diod. Sic. V. 56. p. 374. Telchinas Rhodum incoluisse (cujus una ex tribus urbibus Jalysus fuit; unde ap. Ovid. Met. VII. 365. Telchines Jalysii vocantur) certum est, quamquam non satis constet unde venerint aut quorsum Rhodo relicta migraverint. v. Meursii Rhod. I. g. Spanh. ad Callim. Hymn. in Del. 39. Stob. Serm. 140. p. 406. ed. Wechel cf. nostr. Comm. ad IX. 162.

Γείτονος Ἀμνησσοῖο λεχώϊον ἔδρακεν ὕδωρ,
Ἔνθα οἱ ἀλλοπρόσαλλος ὀρεσιὰς ἤντετο δαίμων·
Ἦ γὰρ ἀεὶ παρέμιμνε Διὸς ψευδήμονι τύμβῳ,
Τερπομένη Κρήτεσσιν, ἐπεὶ πέλον ἠπεροπῆες·
Ἀμφὶ δὲ οἱ λαγόνεσσι Κυδωνιὰς ἔρρεε μίτρη,
Τῇ ἔνι δαίδαλα πάντα βροτῶν θελκτήρια κεῖται·
Ἐν μὲν Ἐπικλοπίη πολυμήχανος· ἐν δ' ὀαριστὺς
Πάρφασις· ἐν δὲ Δόλοι πολυειδέες· ἐν δὲ καὶ αὐτὸς
Σύνδρομος ἠερίης ἀπατήλιος Ὅρκος ἀήταις.
Καὶ δολίην Ἀπάτην δολίῳ μειλίξατο μύθῳ
Ἥρη ποικιλόμητις ἀμυνομένη παρακοίτην·
Χαῖρε θεὰ δολόμητι, δολοπλόκος, ἥ σε καὶ αὐτὸς
Κλεψινόοις ὀάροισι παρέρχεται αἵμυλος Ἑρμῆς·
Δὸς καὶ ἐμοὶ ζωστῆρα πανναίολον, ὅν ποτε Ῥείη
Δῆσεν ἑαῖς λαγόνεσσιν, ἕως ἀπάφησεν ἀκοίτην·
Οὐ μὲν ἐγὼ Κρονίωνι φέρω πετρώδεα μορφήν,
Οὐδὲ λίθῳ δολόεντι παρακλέπτω παρακοίτην·
Ἀλλὰ γυνὴ χθονίη με βιάζεται, ἧς χάριν εὐνῆς

v. 117. Cun. pro οὐ legi vult ἣ, addita ratione: „Deam quandam Ἀπάτην fingit, cujus sedem in Creta constituit. „Cretenses enim prae ceteris amabat, quia mendaces „erant. v. v. sq." Quod nequaquam rejiciendum videtur. Cf. Pauli epist. ad Tit. I. 12. ubi est Epimenidis Cretensis fragmentum. Add. Meursii Creta p. 143. qui universe de Cretensium mendacia quae in proverbium cessit (κρητίζειν enim i. q. mentiri) consulendus.

v. 120. Alibi hiatum semper fere vitat] Nonnus, exceptis locis, quibus Homerum expressit. Hermannus in Orphicis p. 755. sqq. plures emendatione sustulit. Noster locus ad Homeri normam effictus v. Herm. l. l. L. XII. 381. digamma accipiendum videtur.

Θοῦρος Ἄρης βαρύμηνις ἀναίνεται αἰθέρα ναίειν·
Τί πλέον, εἰ γενόμην θεὸς ἄμβροτος; οὐτιδανὴ γάρ
Θνητὴ ἐμὸν πόσιν ἔσχε, τὸν οὐ θεὸς ἥρπασε Λητώ·
Οὐ Δανάῃ παρίαυε τὸ δεύτερον ὑέτιος Ζεύς,
Ἀλλὰ σιδηροφόροιο μετὰ σφρηγῖδα μελάθρου
Μεμφομένη χρυσέοισι γάμοις ναυτίλλετο νύμφη,
Καὶ λάχεν ἔδνον ἔρωτος ὕδωρ ἁλός· ἐν δὲ θαλάσσῃ
Σύμπλοος ἀσταθέεσσιν ἐνήχετο χηλὸς ἀήταις·
Οὐδὲ μετὰ Κρήτην πάλιν ἔπλεε ταῦρος Ὀλύμπου·
Οὐκ ἴδεν Εὐρώπην μετὰ δέμνιον· ὑγροβαφὴς δέ
Οἰστρηθεῖσα μύωπι κερασφόρος ἔπλεεν Ἰώ·
Οὐδὲ θεὰ γάμον εἶχεν ἐλεύθερον· ἀλλὰ καὶ αὐτή
Γαστέρι φόρτον ἔχουσα πολύστροφος ἔτρεχε Λητώ,
Ἄστατα πεπταίνουσα πολυπλανέων σφυρὰ νήσων,
Καί σάλον οὐ μίμνοντα κακοξείνοιο θαλάσσης·
Καὶ λοχίης μόγις εἶδεν ἐλεύθερον ἔρνος ἐλαίης·
Λητώ τόσσα μόγησε, καὶ οὐ χραίσμησεν ἀκοίτης·
Θνητῆς δ' ὠκυμόροιο μιῆς διὰ δέμνια νύμφης
Οὐρανίης ἀπέειπε κασιγνήτης λέχος Ἥρης·
Δείδια, μὴ Κρονίδης με πόσις καὶ γνωτὸς ἀκούων,
Αἰθέρος ἐξελάσειε γυναικείης χάριν εὐνῆς,
Μὴ Σεμέλην τελέσειεν ἐοῦ βασίλειαν Ὀλύμπου.
Εἰ δὲ Διὶ Κρονίωνι χαρίζεαι, ἠέπερ Ἥρῃ,
Μηδὲ τεὴν ὀπάσειας ἐμοὶ πανθελγέα μίτρην,
Ὄφρα μόλω πρὸς Ὄλυμπον ἐμὸς πάλιν υἱὸς ἀλήτης,
Ὑστατίην ἐπὶ πέζαν ἐλεύσομαι Ὠκεανοῖο·
Αἰθέρα καλλείψασα χάριν βροτέων ὑμεναίων,

v. 144. Melius forsan θεᾶς.

v. 156. Incongrua orationis tenori Falkenburgii lectio νῦν δέ; optime Cunaeus retinendum censet μηδέ.

Τηθύος ἀρχεγόνοιο συνέστιος· ἔνθεν ἱκάνω
Εἰς δόμον Ἁρμονίης, καὶ Ὀφίονος ἐγγύθι μίμνω·
Ἀλλὰ σὺ κυδαίνουσα Διὸς παμμήτορα νύμφην,
Δός μοι ἔχειν ζωστῆρα βοηθόον, ὄφρα φυγόντα
Θέλξω θοῦρον Ἄρηα, τὸ δεύτερον αἰθέρα ναίειν.
Ὣς φαμένης, ἀπάμειπτο θεὰ πειθήμονι μύθῳ·
Μῆτερ Ἐνυαλίοιο, Διὸς πρωτόθρονε νύμφη,
Δώσω ἐμὸν ζωστῆρα, καὶ εἰ πλέον ἄλλο κελεύεις·
Πείθομαι, ὅττι θεοῖσι μετὰ Κρονίωνος ἀνάσσεις,
Δέχνυσο τοῦτον ἱμάντα· περισφίγξασα δὲ κόλπῳ
Ἄρεα μὲν κομίσειας ἐς οὐρανόν· ἢν δ' ἐθελήσῃς,
Θέλγε νόον Κρονίδαο, καὶ, εἰ χρέος, Ὠκεανοῖο
Χωομένου· χθονίων δὲ λιπὼν ὑμέναιον ἐρώτων
Ἵξεται αὐτοκέλευστος ἐς οὐρανὸν ὑψιμέδων Ζεύς,
Ὑμετέρῳ δολόεντι περιγνάμψας φρένα κεστῷ·
Οὗτος ἐμῆς Παφίης φρενοθελγέα κεστὸν ἐλέγχει·
Ὣς φαμένη δολόμητις ὑπηνέμιος φύγε δαίμων,
Ἠέρα πωτήεντι διαστείχουσα πεδίλῳ·
Δικταίης δὲ λιποῦσα σακέσπαλον ἄντρον ἐρίπνης,
Καὶ λοχίην σπήλυγγα τελεσσιγόνοιο θεαίνης
Εἰς θάλαμον Σεμέλης ἀπατήλιος ἤλυθεν Ἥρη,
Ζήλῳ φυσιόωσα· μελιγλώσσῳ δὲ γεραιῇ
Ἰσοφανὴς φιλόπαιδι δέμας μορφοῦτο τιθήνῃ,
Παιδοκόμῳ, τὴν αὐτὸς ἀνηέξησεν Ἀγήνωρ,
Καί οἱ κλῆρον ἔδωκε, καὶ ὤπασεν ἀνδρὶ γυναῖκα,
Οἷα πατήρ· κομιδῆς δὲ χάριν τίνουσα καὶ αὐτή
Νήπιον εἰσέτι Κάδμον ἑῷ μαιώσατο μαζῷ,
Καὶ βρέφος Εὐρώπην φιλίῳ πήχυνεν ἀγοστῷ·

v. 175. ἐλέγχει non est h. l. reprehendit, ut Lubinus vertit, sed praestat (cingulo.)

Τῆς δέμας ἶσον ἔχουσα διέστιχεν ἐς δόμον Ἥρη,
Χωομένη Σεμέλῃ καὶ Κύπριδι καὶ Διονύσῳ,
Μήπω φέγγος ἰδόντι, καὶ ἀρτιγάμῳ παρὰ παστῷ
Τοῖχον ἐς ἀντικέλευθον ἑὴν ἔκλινεν ὀπωπὴν,
Ὄμμα παραστρέψασα, Διὸς μὴ λέκτρα νοήσῃ.
Τὴν μὲν Πειθιάνασσα καθίζανεν ὑψόθι δίφρου,
Ἀμφίπολος Σεμέλης, Τυρίης βλάστημα γενέθ-
λης
Θελξινόη δὲ τάπητας ἐνήρμοσεν οἴνοπι δίφρῳ,
Ἔνθα θεὰ σχεδὸν ἧστο δολοπλόκος· εὗρε δὲ κούρην
Βριθομένην ὠδῖνι πεπαινομένου τοκετοῖο·
Καὶ τόκον οὐ ψαύοντα τελεσσιγόνοιο Σελήνης
Γαστρὸς ἀστημάντου χλοερῇ κήρυξε παρειῇ,
Καὶ χλόος ἦν ἐπιὼν μελέων πάρος· ἑζομένης δὲ
Ἥρης ψευδομένης δολόεν δέμας ἔτρεχε παλμῷ
Ἀντιτύπῳ, καὶ νέρθεν ἐπὶ χθόνα κάμπτετο νεύων
Ὤμοις θλιβομένοισι γέρων κυρτούμενος αὐχὴν,
Καὶ πρόφασιν μόγις εὗρεν· ἐπεστενάχιζε δὲ μύθῳ
Δάκρυον εὐποίητον ἀποψήσασα προσώπου·
Καὶ δολόεν κατέλεξεν ἔπος φρενοθελγέϊ φωνῇ·
Εἰπὲ πόθεν βασίλεια τεαὶ χλοάουσι παρειαί;
Πῇ σέο κάλλος ἐκεῖνο; τίς εἴδεϊ σεῖο μεγαίρων
Πορφυρέους σπινθῆρας ἀπημάλδυνε προσώπου;
Καὶ ῥόδα τίς μετάμειψεν ἐς ὠκυμόρους ἀνεμώνας;
Καὶ σὺ κατηπιόωσα, τί τήκεαι; ἦ ῥα καὶ αὐτὴ
Ἔκλυες αἴσχεα κεῖνα, τά περ βοόωσι πολῖται;
Ἐῤῥέτω ἀρχεκάκων ὀλοὸν στόμα θηλυτεράων·

v. 199. Melius forsan: χλοερὴ — παρειή.

201. Obtulit se ἔτρεμε, sed et stare potest lectio vulgata.

Εἰπὲ δέ μοι, μὴ κρύπτε τεῆς συλήτορα μίτρης.
Τίς σε θεῶν ἐμίηνε, τίς ἥρπασε σεῖο κορείην;
Εἰ μὲν Ἄρης λαθραῖος ἐμὴν νυμφεύσατο κούρην,
Καὶ Σεμέλη παρίαυεν ἀφειδήσας Ἀφροδίτης·
Ἐλθέτω ἐς σέο λέκτρα γαμήλιον ἔγχος ἀφάσσων·
Γινώσκει μενέχαρμον ἑὸν γενέτην σέο μήτηρ·
Εἰ δέ σοι ὠκυπέδιλος ἐκώμασε νύμφιος Ἑρμῆς,
Καὶ Σεμέλης διὰ κάλλος ἑὴν ἠρνήσατο Πειθώ,
Ῥάβδον ἑὴν ὀπάσειε τεῆς αὐτάγγελον εὐνῆς·
Ἠέ σε κοσμήσειεν ἑοῖς χρυσέοισι πεδίλοις,
Δῶρον ἄγων λεχέων σέθεν ἄξιον, ὄφρα καὶ αὐτὴ
Εἴης χρυσοπέδιλος, ἅπερ Διὸς εὐνέτις Ἥρη·
Εἰ δέ σοι οὐρανόθεν πόσις ἤλυθε καλὸς Ἀπόλλων,
Καὶ Σεμέλης ὑπ᾽ ἔρωτι λελασμένος ἔπλετο Δάφνης·
Νόσφι δόλου κρυφίοιο δι᾽ ἠέρος εἴς σε χορεύσῃ,
Ἁβρὸς ἀσιγήτων ἐποχημένος ἅρματι κύκνων,
Ἕδνα τεῆς φιλότητος ἑὴν φόρμιγγα κομίζων,
Πιστὸν ἑῶν θαλάμων σημήϊον· εἰσορόων γὰρ
Κάδμος ἐπουρανίην κιθάρην Φοίβοιο νοήσει,
Ἣν ἴδεν αἰολόφωνον ἑῆς παρὰ δεῖπνα τραπέζης
Ἁρμονίης μέλπουσαν ἐπιχθονίους ὑμεναίους·

v. 214. *μίτρη* h. l. est virginitas, ut et infra v. 282. pro *ζώνη*· cf. Apoll. Rh. I. 28. Apud Homerum nondum haec vox hac occurrit significatione, sed nonnisi cingulum supra vel sub *χιτῶνι* designat. Il. IV., 137. 187. V. 857. cf. Nonn. V. 312. VIII. 119. Schol. ad Aristoph. Thesmoph. p. 818. ita: *μίτρα διάδημα ἢ ζώνη. ταῦτα δὲ εἴδη ἐσθήτων ἐστὶν ἁρμόττοντα ταῖς γυναιξὶν, οὐ τοῖς ἀνδράσι.* Nonnullis *μίτρη* a *μίτος*, filum derivandum videtur. Ceterum v. quae in Commentario de mitra uuiverse monuimus.

Εἰ δὲ γυναιμανέων ἐπεβήσατο Κυανοχαίτης,
Καί σε σοφῆς προβέβουλεν ἀειδομένης Μελανίππης·
Ἀμφαδὰ κωμάσειε, παρὰ προπύλαια δὲ Κάδμου
Νυμφιδίης πήξειεν ἑῆς γλωχῖνα τριαίνης,
Ξυνώσας γέρας ἶσον ἐχιδνοκόμῳ παρὰ Δίρκῃ·
Οἷα παρ᾽ Ἀργείοισι λεοντοβότῳ παρὰ Λέρνῃ
Σῆμα γάμων ἔστησεν Ἀμυμώνης, ὅθι νύμφης
Λερναίης ἔτι χῶρος ἐπώνυμός ἐστι τριαίνης·
Ἀλλὰ τί κικλήσκω σε παρευνέτιν Ἐννοσιγαίου;
Ποῖα Ποσειδάωνος ἔχεις σημήϊα λέκτρων;
Ὑδρηλαῖς παλάμῃσι χυθεὶς ἠγκάσσατο Τυρώ,
Παφλάζων δολόεντι ῥόῳ μιμηλὸς Ἐνιπεύς·
Εἰ δὲ καὶ, ὡς ἐνέπεις, σέο νυμφίος ἐστὶ Κρονίων
Ἐλθέτω εἰς σέο λέκτρα σὺν ἱμερόεντι κεραυνῷ,
Ἀστεροπῇ γαμίῃ κεκορυθμένος, ὄφρα τις εἴπῃ·
Ἥρης καὶ Σεμέλης νυμφοστόλοι εἰσὶ κεραυνοί·
Ζηλήμων περ ἐοῦσα Διὸς δάμαρ οὔ σε χαλέψει·
Οὐ γὰρ ἐπιτρέψειε τεὸς μητρώϊος Ἄρης·
Ὀλβίη Εὐρώπη Σεμέλης πλέον, ἣν ὑπὲρ ὤμων
Ζεὺς κερόεις ἀνάειρε· ποθοβλήτοιο δὲ ταύρου

v. 235. Mavnlt Cunaeus σὲ βιήσατο, quia hoc est εὐφημότερον. Hoc quidem verum; sed Nonnum nonnunquam minime εὔφημον deprehendimus, ideo non mutandam lectionem censerem, nisi hoc quoqne Cunaei lectionem commendaret, quod vox σὲ apte inseritur; qnae tamen non nimis desideratur, cum v. subsequens illam exhibear. Ceterum cf. Orph. Arg. 1195 ib. intprr. ubi vero interpretandum: aggressus est (rapere). Alium sensum hoc verbum habet in Hom. Hymn. in Merc. 166. et 173. ubi est τέχνης ἐπιβήσομαι et ὁσίης sc. τιμῆς ἐπιβήσομαι et in ej. Hymn. in Cererem, 211. ubi pro vulgato ἕνεκεν optime posuit Vossius: ἐπέβη ὁσίης: sacro honore frui coepit.

Ἄβροχος ἀκροτάτοιο δἰ ὕδατος ἔτρεχε χηλή,
Καὶ σκάφος ἦεν ἔρωτος ὁ τηλίκος. Ἆ μέγα θαῦμα,
Παρθένος ἡνιόχευε τὸν αἰθέρος ἡνιοχῆα·
Ὀλβίζω Δανάην Σεμέλης πλέον, ἧς διὰ κόλπου
Χρύσεος ἐξ ὀρόφοιο κατέῤῥεεν ὑέτιος Ζεύς,
Ἀφνειῇ ῥαθάμιγγι γυναιμανέος νιφετοῖο·
Οὐ μὲν χρύσεα δῶρα μακαρτάτη ᾔτεε νύμφη,
Εἶχε γὰρ ἕδνον ἔρωτος ὅλον πόσιν· ἀλλά τις εἴη
Σιγὴ ἐφ' ἡμείων, γενέτης μὴ Κάδμος ἀκέσῃ.
Ὣς φαμένη λίπε δῶμα καὶ ἀχνυμένην ἔτι νύμφην,
Ἥρης ζῆλον ἔχουσαν ἀμιμήτων ὑμεναίων,
Μεμφομένην Κρονίωνι· παλιννόστῳ δὲ κελεύθῳ
Αἰθέρος ἔνδον ἵκανε, καὶ οὐρανίῳ παρὰ θώκῳ
Κείμενα δερκομένη Διὸς ἔντεα νόσφι φορῆος,
Οἷά περ εἰσαΐοντα φίλῳ μειλίξατο μύθῳ·
Βροντὴ καί σε λέλοιπεν ἐμὸς νεφεληγερέτα Ζεύς;
Τίς πάλιν ἁρπάξας σεο νῦν γύμνωσε φορῆα;
Βροντὴ ἐσυλήθης· οὐκ αἴτιός ἐστι Τυφωεύς,
Ἥρης ξυνὰ παθοῦσα παρήγορε· νυμφοκόμος γὰρ
Ἡμέας ἀμφοτέρους ἀπαναίνεται ὑέτιος Ζεύς·
Οὐ νιφετοῖς ἔτι γαῖα παλύνεται, ὑγροχύτου δὲ
Ὄμβρου λειπομένου περιβόσκεται αὐχμὸς ἀρούρης,
Αὔλακι καρπὸν ἔχων ἀχρήϊον· ἀγρονόμος δὲ
Ἀντὶ κελαινεφέος κικλήσκεται ἀννέφελος Ζεύς,
Ἀστεροπαὶ Κρονίωνι πυράδεα ῥήξατε φωνήν,

v. 263. Expressit h. l. Nonnus Homerum Il. VII. 195; sed inepte exhibebat editio vulgata ὑμείων.

v. 273. Sine dubio βροντὴ est Junonis παρήγορος, quia solamen est miseris socios habuisse malorum.

Ζηνὶ γυναιμανέοντι φίλοι φθέγξασθε κεραυνοί·
Ἀλλὰ βαρυζήλων ἀχέων ποινήτορες Ἥρης
Εἰς Σεμέλην ἔρχεσθε γαμοστόλοι· ἕδνα δὲ μίτρης
Λισσομένη φλογόεντας ἑοὺς δέξοιτο φονῆας·
Τοῖα μὲν ἀφθόγγοις Διὸς ἔντεσιν ἴαχεν Ἥρη
Ἀχνυμένη· φθονερῷ δὲ χόλῳ κυμαίνετο δαίμων·
Καὶ Σεμέλη βαρύθυμος ἑῷ νεοπενθέϊ θυμῷ
Ἀστεροπὴν ποθέουσα, πυραυγέα πομπὸν ἐρώτων,
Μεμφομένοις στομάτεσσιν ἑὸν λιτάνευεν ἀκοίτην,
Ἡραίης ἐθέλουσα πυριστεφέος τύπον εὐνῆς·
Πρὸς Δανάης λίτομαί σε ῥυηφενέων ὑμεναίων,
Δὸς χάριν Εὐρώπης κερόεις πόσις· αἰδέομαι γὰρ
Κικλήσκειν Σεμέλης σε, τὸν ὡς ὄναρ εἶδον ἀκοίτην;
Ἀκρίσιος Κάδμοιο μακάρτερος· ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
Ἤθελον, εἰ χρύσειον ἴδον γάμον ὑέτιε Ζεῦ·
Εἰ μὴ τοῦτο γέρας σέο Περσέος ἥρπασε μήτηρ·
Ἤθελον, εἴ με κόμισσας ἐν ὕδασι ταῦρος ὁδίτης
Ὤμοις ὑμετέροισιν, ἵνα πλάζοιτο καὶ αὐτὸς
Γνωτὸς ἐμὸς Πολύδωρος, ἀλήμονος ἅρπαγα νύμφης
Μαστεύων ἅτε Κάδμος ἐμὸν Κρονίωνα φορῆα·
Ἀλλὰ τί μοι βοέοιο γάμου τύπος ἢ νιφετοῖο;
Οὐκ ἐθέλω γέρας ἶσον, ὅπερ χθονίη λάχε νύμφη·
Εὐρώπη λίπε ταῦρον, ἔα Δανάῃ χύσιν ὄμβρου·
Ἥρης μοῦνος ἔχει με γάμων φθόνος· εἴ με γεραίρεις,

v. 283. Nulla urgente necessitate, immo contra sensum Lubinus legit λυσσομένη. Eod. v. in archetypo ad marginem notatum est ἰοὺς, quod stare nequit, eum priorem syllabam habeat longam v. VIII. 37. X. 287. Falk. proposuit ἑὰς, inepte sane, nisi hoc vitio typographico tribuendum, et F. ἑοὺς, quod habemus imprimi voluit.

Παστὸν ἐμὸν κόσμησον ἐπουρανίῳ σέο πυρσῷ,
Αἰθύσσων νεφέων ἐρόεν σέλας· ἀστεροπὴν δὲ
Ἕδνον ἐμῆς φιλότητος ἀπειθέϊ δεῖξον Ἀγαύῃ·
Αὐτονόη φρίξειεν ἐμῷ παρὰ γείτονι παστῷ
Νυμφοκόμων ἀΐουσα βέλος βρονταῖον ἐρώτων,
Σύμβολον αὐτοβόητον ἀκηρύκτων σέο λέκτρων·
Δὸς δὲ περιπλύξαιμι φίλην φλόγα, καὶ φρένα τέρψω.
Ἀστεροπῆς ψαύουσα, καὶ ἀμφαφόωσα κεραυνούς·
Δός μοι σῶν θαλάμων ζυγίη φλόγα· πᾶσα δὲ νύμφη
Πυρσὸν ἔχει πομπῆα τελεσσιγάμων ὑμεναίων·
Ἦ ῥὰ τεῶν γαμίων οὐκ ἄξιος εἰμὶ κεραυνῶν,
Ἄρεος αἷμα φέρουσα καὶ ὑμετέρης Ἀφροδίτης;
Δειλὴ ἐγὼ, Σεμέλης μὲν ἔχει γάμος ὠκύμορον πῦρ,
Καὶ χθονίους λαμπῆρας· ἐφαπτομένη δὲ κεραυνοῦ
Καὶ στεροπῆς ψαύουσα τεὴ νυμφεύεται Ἥρη·
Νυμφίε τερπικέραυνε, σὺ μὲν πολυφεγγέϊ παστῷ
Ἔνθεον εἶδος ἔχων ἐπὶ δέμνιον ἔρχεαι Ἥρης,
Ἀστεροπαῖς γαμίῃσι καταυγάζων σέο νύμφην,
Ζεὺς πυρόεις· Σεμέλῃ δὲ δράκων ἢ ταῦρος ἱκάνεις.
Κείνη μὲν βαρύδουπον ὀλύμπιον ἦχον ἐρώτων
Εἰσαΐει· Σεμέλη δὲ τύπῳ σκιοειδέϊ μορφῆς

v. 310. Forsan περιπτύξαι με legendum.

v. 312. Legendum videtur ζυγίην; sed et quod habemus stare potest.

v. 318. Pro κούρη, quod est in codd., Falk. posuit Ἥρη, a sensu quidem non aberrans sed a Nonni dictione; vocibus enim κούρη et νύμφη saepius Nonnus utitur pro uxore. cf. Nonn. IX. 37.

Ταύρου ψευδαλέοιο νόθον μυκηθμὸν ἀκούει·
Ἄψοφος εἰς ἐμὰ λέκτρα κατέρχεται ἀννέφελος Ζεύς,
Καὶ Νεφεληγερέτης ὑψαύχενι μίγνυται Ἥρη.
Κούρης δ' αἰνογάμοιο πατὴρ ἐμὸς αἴσχεα φεύγων,
Ἐνδόμυχος σέο Κάδμος ἀλυσκάζει πάτον ἀνδρῶν.
Αἰδόμενος ναέτησι φανήμεναι, ὅττι πολῖται
Πάντες ἐπιβρίζουσι τεοῖς κρυφίοις ὑμεναίοις,
Μεμφόμενοι Σεμέλην, ὅτι φώριον ἔσχεν ακοίτην.
Καλὸν ἐμοὶ πόρες ἕδνον ὀνείδεα θηλυτεράων·
Καὶ χορὸς ἀμφιπόλων ἐμὲ μέμφεται· ἔξοχα δ' ἄλλων
Δειμαίνω στόμα λάβρον ἀσιγήτοιο τιθήνης:
Μνώεο, τίς Τυφῶνι δολόφρονα πότμον ὑφαίνων,
Σοὶ πόρεν ἁρπαμένοιο πάλιν σπινθῆρα κεραυνοῦ,
Δεῖξον ἐμῷ γενετῆρι, τάπερ πόρε· γηραλέος γὰρ
Κάδμος ἀπαιτίζει μὲ τεῆς σημήϊον εὐνῆς·
Οὔπω ἐγὼ Κρονίωνος ἀληθέος εἶδον ὀπωπήν,
Οὐ βλεφάρων ἀκτῖνα σελασφόρον, οὐδὲ προσώπου
Μαρμαρυγὰς ἐνόησα καὶ ἀστράπτουσαν ὑπήνην·
Οὔπω ἴδον τεὸν εἶδος ὀλύμπιον· ἀλλὰ δοκεύω
Πόρδαλιν ἠὲ λέοντα, θεὸν δ' οὐκ εἶδον ἀκοίτην·
Ὡς βροτὸν εἰσορόω σε θεὸν, μέλλουσα λοχεύειν·
Ἄλλον ἐγὼ πυθόμην φλογερὸν γάμον· Ἥλιος γὰρ
Σὺν πυρὶ νυμφιδίῳ Κλυμένην ἠγκάσσατο νύμφην.
Ἔννεπεν αἰτίζουσα φίλον μόρον· ἶσα γὰρ Ἥρη
Εἰς γάμον ἀθρῆσαι μινυώριον ἔλπετο νύμφη

v. 329. Scribere volui νῦν aut μέο, μεῦ; sed non plane rejiciendum quod habemus, cum arcta quondam fuerit conjunctio inter Jovem et Cadmum. v. Nonn. I et II. passim.

Μειλίχιον σπινθῆρα γαληναίοιο κεραυνοῦ·
Ζεὺς δὲ πατὴρ αΐων φθονεραῖς ἐπιμέμφετο
Μοίραις.
Καὶ Σεμέλην ἐλέαιρεν ἀώριον· ἀμφὶ δὲ Βάκχῳ
Κερδαλέον γίνωσκεν ἀμειλίκτου χόλον Ἥρης·
Ἑρμείῃ δὲ κέλευεν ἀπὸ φλογεροῖο κεραυνοῦ
Ἁρπάξαι νέον υἷα πυριβλήτοιο Θυώνης·
Καί τινα μῦθον ἔλεξε πατὴρ ὑψαύχενι κούρῃ·
Ὦ γύναι, ἦ σε δόλοις φθονερὸς νόος ἤπαφεν Ἥρης;
Ἦ ῥα γύναι δοκέεις, ὅτι μείλιχοί εἰσι κεραυνοί;
Τλῆθι μένειν χρόνον ἄλλον, ἕως ἔτι φόρτον ἀείρεις·
Τλῆθι μένειν χρόνον ἄλλον, ἕως ἐμὸν υἷα λοχεύεις·
Μὴ πρὸ τόκου πυρόεντας ἀπαιτίζῃς με φονῆας·
Οὐ στεροπὴν μεθέπων Δανάης σύλησα κορείην·
Οὐ βροντῆς κελάδημα, καὶ οὐ Τυρίης σέο νύμφης
Εὐρώπης ὑμέναιον ἐνυμφεύσαντο κεραυνοί·
Οὐκ ἴδεν Ἰναχίη δαμάλη σέλας· ἀλλὰ σὺ μούνη
Θνητὴ ἀπαιτίζεις με τὰ μὴ θεὸς ᾔτεε Λητώ·
Τοῖον ἔπος κατέλεξε, καὶ οὐ μενέαινεν ἐρίζειν
Νεύμασι μοιριδίοισι. δι' αἰθερίοιο δὲ κόλπου
Ἀστράπτων πεφόρητο, καὶ ἱκεσίην ἔο νύμφης

v. 361. Sic et XI. 200. praesens conjunctivi imperativi vim habet; illo loco adductus scribendum putavi ἀπαιτίζῃς pro ἀπαιτίζεις. Sic et Piersonus emendavit Verisim. p. 52.

v. 365. Si optime Piersonus l. l. posuit pro Λανάῃ, quod ineptissimum erat, laudans Virg. Georg. III. 152. Val. Flacc. Argon. IV. 350. 351. Ov. Fast. III. 657. cui correctioni Nonnus ipse suffragatur L. III. 268. ubi de Jo:

Καὶ δαμάλης ἄγρυπνον ἐδήκατο βουκόλον Ἥρη.

v. 366. Cunaeus, ut versus numerum expleret, recte apposuit με, quod aberat.

Οὐκ ἐθέλων ἐτέλεσσε πόσις στεροπηγερέτα Ζεύς.
Εἰς Σεμέλην δ' ἐχόρευε κατηφέϊ χειρὶ τιταίνων
Νυμφιδίους σπινθῆρας ἀμερσιγάμοιο κεραυνοῦ·
Καὶ θάλαμος στεροπῇσιν ἐλάμπετο, καὶ πυρὸς ἀτμῷ
Ἰσμηνὸς σελάγιζεν, ὅλη δ' ἀμαρύσσετο Θήβη·
Καὶ Σεμέλη φλογόεντας ἐοὺς ὁρόωσα φονῆας,
Αὐχένα γαῦρον ἄειρε, καὶ ὑψινόῳ φάτο φωνῇ·
Πηκτίδος οὐ χατέω λιγυηχέος, οὐ χρέος αὐλοῦ,
Βρονταὶ ἐμοὶ γεγάασι Διὸς σύριγγες ἐρώτων·
Αὐλὸς ἐμοὶ κτύπος οὗτος ὀλύμπιος· αἰθερίης δέ
Δαλὸς ἐμῶν θαλάμων στεροπῆς σέλας· οὐτιδανῶν δέ
Οὐκ ἀλέγω δαΐδων· δαΐδες δέ μοι εἰσὶ κεραυνοί·
Εἰμὶ δάμαρ Κρονίωνος, Ἐχίονός ἐστιν Ἀγαύη·
Αὐτονόην καλέσωσιν Ἀρισταίοιο γυναῖκα·
Ἰνὼ ἔχει Νεφέλην, Σεμέλη λάχε σύγγαμον Ἥρην.
Οὐ γενόμην Ἀθάμαντος ἐγὼ δάμαρ ὠκύμορον δέ
Οὐ τέκον Ἀκταίωνα κυνοσπάδα σύννομον ὕλης·
Οὐ χατέω φόρμιγγος ὀλίζονος· οὐρανίη γάρ
Ἀστραίη κιθάρη Σεμέλης ὑμέναιον ἀείδει·
Ἔννεπε κυδιόωσα, καὶ ἤθελε χερσὶν ἀφάσσειν
Ἀστεροπὴν ὀλέτειραν· ἀφειδήσασα δὲ Μοίρης
Τολμηρῇ παλάμῃ φονίων ἔψαυσε κεραυνῶν·
Καί γάμος ἦν Σεμέλης θανατηφόρος, ἧς ἐνὶ θεσμῷ

v. 378. sqq. Similia profert Typhoeus apud Nonnum II. 321. 328.

v. 380. Sic rescripsi pro οὐτιδανῇ, non enim video, cur h. l. se ipsam vilem appellare debeat Semele.

v. 384. Σύγγαμος i. e. h. l. cui idem contigit maritus, a Nonno solo hac significatione usurpari videtur.

Πυρκαϊὴν καὶ τύμβον ἐθήκατο πασῶν Ἐριννύς·
Καὶ λοχίαις ἀκτῖσι γαμήλιον ἆσθμα κεραυνοῦ
Ζηνὸς ἀφειδήσαντος ὅλην τεφρώσατο νύμφην·
Καὶ στεροπὴ πέλε μαῖα, καὶ Ἐλείθυια κεραυνοί·
Κόλπου δ' αἰθομένοιο διαθρώσκοντα τεκέσης
Βάκχον ἐπουρανίη μαιώσατο φειδομένη φλόξ
Μητροφόνῳ σπινθῆρι μαραινομένων ὑμεναίων·
Καὶ βρέφος ἠλιτόμηνον ἀδηλήτου τοκετοῖο
Ἄσθμασι φειδομένοισιν ἐχυτλώσαντο κεραυνοί·
Καὶ Σεμέλη πυρόεσσαν ἐσαθρήσασα τελευτὴν
Ὤλετο τερπομένη λόχιον μόρον· ἣν δὲ νοῆσαι
Ἵμερον, Εἰλείθυιαν, Ἐριννύας εἶν ἐνὶ παστῷ,
Καὶ βρέφος ἡμιτέλεστον ἑῷ γενετῆρι λοχεῦσαι
Οὐρανίῳ πυρὶ γυῖα λελουμένον ἤγαγεν Ἑρμῆς·
Ζεὺς δὲ βαρυζήλοιο μετατρέψας νόον Ἥρης
v. 203. sq. En etymologiarum captatorem! Sed ne injusti simus, apponendum videtur, haud omnino eos scriptores, quibus summum venustatis atque elegantiae sensum tribuimus, hoc,

Ἐκ δὲ γάμου πεφάτιστο καὶ Αἰακὸς· ἔξοχα δ' ἄλλων
Χραισμῆσαι μενέαινε κασιγνήτῳ Διονύσῳ,
Μυρμιδόνων δὲ φάλαγγας ἐκόσμεεν ἴδμονι τέχνῃ·
Οἳ πρὶν ἔσαν μύρμηκες ἐφερπύζοντες ἀρέρης,
Ποσσὶ πολυσπέρεσσι μεμηλότες· εἰσόκεν αὐτῶν
Ἐκ χροὸς ὀυτιδανοῖο χαμαιγενὲς εἶδος ἀμείψας,
Φέρτερον εἰς δέμας ἄλλο μετέπλασεν ὑψιμέδων Ζεύς,
Καὶ στρατὸς ἐβλάστησεν ἐνόπλιος· ἐξαπίνης γὰρ
Ἀλλοφυὴς, ἄφθογγος, ἀπόσπορος ἑσμὸς ἀρέρης,
Εἰς βροτὸν αὐδήεντα δέμας μορφώσατο μύρμηξ·
Τῶν πρόμος Αἰακὸς ἦρχεν· ἐν ευτύκτῳ δὲ βοείῃ
Ζῆνα νόθον σοφὸν ἔρνιν ἐπέγραφε σῆμα γενέθλης,
Φειδομένοις ὀνύχεσσιν ἐλαφρίζοντα γυναῖκα·
Καὶ ποταμὸς πυρίκαυτος ἔην σχεδόν· ἄγχι δὲ κούρη
Οἰκτρὰ κατηφιόωσα, καὶ εἰ πέλεν ἄπνοος εἰκὼν,
Δόχμιον ὄμμα τίταινεν, ἅτε στενάχουσα τοκῆα
Ἀσωπὸν βαρύγουνον· ἔοικε δὲ τοῦτο βοῆσαι·
Καλὸν ἐμὸν πόρες ἕδνον ἐμὸν γενετῆρα δαμάσσας·

si quod est, vitium vitasse. Ut enim sexcenta variorum exempla taceam, hoc unum subjungere liceat, quod cum proposito nostro, cum circa Bacchum et vinum nostra omnis vertatur disputatio, convenire quodammodo videtur. Legimus apud Platonem in Cratylo p. 276. sq. T. III. ed. Bip. *Οἶνος δ', ὅτι οἴεσθαι νοῦν ἔχειν ποιεῖ τῶν πινόντων τοὺς πολλοὺς, οὐκ ἔχοντας.*

v. 208. Miram hanc compositionem: *ποσσὶ πολυσπερέεσσι* sane nonnisi apud Nonnum invenies.

v. 218. Vulgatum *δεὶ πέλεν* haud absurde mutavit Falk. in *δέει πέλεν*; melius tamen rem expediit Cunaeus, scribens *καὶ εἰ πέλεν* etc. etsi, inquit, non vivebat, sed sculpta erat, tamen videbatur etiam tunc deflere patris sui casum.

Κρήτη δ' ἡγεμόνευε πολυγλώσσων ναετήρων
Ἀστέριος φαιδρωπὸν ἔχων δέμας· ἀμφότερα δὲ
Ὅσσον ἔην ἐρόεις, τόσον ἄλκιμος· ὅν ποτε νύμφη
Λυσαμένη Μίνωϊ δαίφρονος ἅμμα κορείης,
Φαισιὰς Ἀνδρογένεια Κυδωναίη τέκεν εὐνῇ·
Ὃς τότε λαὸν ἄγων ἑκατόμπολιν οἴνοπι Βάκχῳ,
Ἵκετο κυδαίνων ἐμφύλιον αἷμα γενέθλης
Πατρὸς ἑοῦ· Σεμέλης γὰρ ἀνεψιὸς ἔπλετο Μίνως
Κάδμου ξυνὰ γένεθλα· πολυσπερέες δὲ μαχηταὶ
Πάντες ἐνὶ σπεύδοντι συνέρρεον ἡγεμονῆϊ·
Οἱ μὲν ἀπὸ Κνωσσοῖο μαχήμονες· οἱ δ' ἀπὸ Λύκτου
Μιλητοῦ στρατίῃσι συνήλυθες· οἷς ἅμα πολλοὶ
Ὑψιλόφου Γόρτυνος ἐθωρήσσοντο πολῖται·
Καὶ ναστοὶ Ῥυτίοιο, καὶ εὐκάρποιο Λυκάστου,
Καὶ χθονὸς Ἰδαίοιο Διός, καὶ ἐδέθλια Θήβης·
Καὶ δάπεδον Κισάμοιο, καὶ ἄστεα καλὰ Κυταίου·
Τοῖος ἀπὸ Κρήτης πρόμος ἤλυθεν· ἐρχομένῳ δὲ
Θερμοτέραις ἀκτῖσι χέων μαντήϊον αἴγλην,
Ἀστερίῳ σελάγιζεν ὁμώνυμος Ἄρεος ἀστήρ,

v. 223. Rarissime apud Nonnum occurrunt brevium syllabarum productiones propter ictum, uti h. l. in ἀμφότερα δέ.

v. 225. Scaligeri lectio σαόφρονος praeferenda videtur vulgatae, cum σαόφρων sit fere epitheton perpetuum virginum: cf. XII. 338.

v. 235. Sic Falk. bene pro Ῥύτροιο, nam Ῥύτιον πόλις Κρήτης. Steph. Byz. h. v.

v. 236. Scaliger: χθονὸς Ὠδαίοιο, Falk: Ἰδαίοιο (pro vulgato Νωδαίοιο) quod praeferendum videtur. Cunaeus pro Θήβης auguratur Τάρβης, is enim est Cretae locus apud Ptolemaeum. Non male.

Νίκης ἐσσομένης πρωτάγγελος· ἀλλ' ἐνὶ χάρμῃ
Νικήσας, νόθον οἶστρον ἀήθεος ἔσχεν ἀρέξης
Νηλής· οὐ γὰρ ἔμελλεν ἰδεῖν μετὰ φύλοπιν Ἰνδῶν
Πάτριον Ἰδαίης κορυθαιόλον ἄντρον ἐρίπνης·
Ἀλλὰ βίον προβέβουλε λιπόπτολιν· ἀντὶ δὲ Δίκτης
Κνώσσιος ἐν Σκυθίῃ μετανάστιος ἔσκε πολίτης·
Καὶ πολιὸν Μίνωα, καὶ Ἀνδρογένειαν ἐάσσας
Ξεινοφόνων σοφὸς ἤλθεν ἐς ἔθνεα βάρβαρα Κόλχων·
Ἀστερίους τ' ἐκάλεσσε· καὶ ὤπασεν οὔνομα Κόλχων
Κρητικόν· οἷς ξένα θεσμὰ φύσις πόρε· παιδοκόμου δὲ
Πάτριον Ἀμνίσοιο ῥόον Κρηταῖον ἐάσσας
Αἰδομένοις στομάτεσσι νόθον πίε Φάσιδος ὕδωρ·
Μοῦνος Ἀρισταῖος βραδὺς ἤϊε λήθιος ἄλλων·
Ὅσσοι γαῖαν ἔναιον ὁμούριον Ἑλλάδι γαίῃ·
Ὃς μέλιτος γλυκεροῖο πολυτρήτων ἀπὸ σίμβλων
Αὐχένα γαῦρον ἄειρε· καὶ οἰνοχύτῳ Διονύσῳ
Ἤρισεν ἀπρήκτῳ μελιηδέος ἐλπίδι νίκης·
Ἀμφοτέροις τ' ἐδίκαζον ὅσοι ναετῆρες Ὀλύμπου·
Ἀλλὰ πάϊς Φοίβοιο νεόρρυτα χεύματα σίμβλων
Ἀθανάτοις ὀρέγων μελιηδέος ἤμβροτε νίκης·
Ὄψι θεοὶ παχὺ χεῦμα φιλοπτόρθοιο μελίσσης
Δεξάμενοι, κόρον ὀξὺν ἀτερπέος εἶχον ἐέρσης·
Καὶ κόρος ἦν μακάρων τρίτατον δέπας, οὐ δὲ τέταρτον
Κιρναμένου γεύσαντο παλιννόστοιο κυπέλλου,

v. 252. Cunaeus vult *νέον πίε*, hoc quidem optime pro *περί*: sed vocem *νόθον* non mutaverim, cum Nonnus ea tam saepe utatur, ut et h. l. eam scriptam fuisse probabile sit.

v. 253. Falkenburgii conjecturam *λοίσθιος* versus 275 tueri videtur.

Καὶ μάλα περ διψῶντες· ἀρυομένοιο δὲ Βάκχου
Ὄμβρῳ ἐϋῤῥαθάμιγγι νόον τέρποντες ἐέρσης,
Εἰς ὅλον ἦμαρ ἔπινον ἀλωοφύτου χύσιν οἴνου·
Καὶ μεθύων γλυκὺν οἶνον ἐθάμβεεν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Ἐξ ἑτέρου ποθέων ἕτερον δέπας ἡδέϊ θυμῷ,
Εὐφροσύνην ἀπόρρητον ἔχων θελξίφρονος οἴνου.
Ζεὺς δὲ μελιῤῥαθάμιγγος ἐθάμβεεν ἔργα μελίσσης,
Δαιδαλέην τ' ὠδῖνα φιλοσμήνου τοκετοῖο,
Δῶρον Ἀρισταίοιο· καὶ οἰναχύτῳ Διονύσῳ
Ὤπασε λυσιπόνοιο φέρων πρωτάγρια νίκης·
Ἔνθεν Ἀρισταῖος βραδὺς ἤϊεν εἰς μόθον Ἰνδῶν
Ὄψιμος εὐνήσας πρότερον ὅλον ἅρπαγα πέτρης,
Ἔνδιον Ἑρμείαο λιπὼν Κυλλήνιον ἕδρην·
Οὔπω γὰρ προτέρῃ μεροπηΐδι νάσσατο νήσῳ·
Οὔπω δ' ἀτμὸν ἔπαυσε πυρώδεα διψάδος Ὥρης,
Ζηνὸς ἀλεξικάκοιο φέρων φυσίζοον αὔρην·
Οὐδὲ σιδηροχίτων δεδοκημένος ἀστέρος αἴγλην
Σείριον αἰθαλόεντος ἀναστέλλων πυρετοῖο,
Ἐννύχιον πρήϋνε, τὸν εἰσέτι διψαλέον πῦρ
Θερμὸν ἀκοντίζοντα δι' αἰθέρος αἴθοπι λαιμῷ,
Ἄσθμασι λεπταλέοισι καταψύχουσιν ἀῆται·
Ἀλλ' ἔτι Παῤῥασίης πέδον ᾤκεεν. ἐρχομένῳ δὲ
Λαὸς ἐθωρήχθη βαλανηφάγος Ἀρκὰς ἀλήτης·

v. 265. Cum vocis *μάλα* plerumque ambae corripiantur syllabae, (v. c. Odyss. I, 1) bene Falk. metro satisfecit, addens *περ*, quod deerat.

v. 276. Locus, uti videtur, desperatus; neque satisfecit, quod Lubinus *σόλον* legit, neque Scaligeri *πρότερος μύλον*, cui tamen lubens accesserim, si hujus cum voce *μύλλος*, de qua v. Schneid. Lex. Gr., conjunctio atque affinitas clarius fuerit demonstrata.

Οἵτ' εἶχον Λασιῶνα, καὶ ἄλσεα καλὰ Κυταίε,
Καὶ κραναὴν Στύμφηλον, ἀειδομένην τε πολίχνην
Ῥίπην, καὶ Στρατίην, καὶ Μαντινέην, καὶ Ἐνίσπην,
Παῤῥασίην τ' εὔδενδρον, ὅπη πέδον ἐστὶ θεαίνης
Ἀστιβὲς ἀρχεγόνοιο λεχώϊον εἰσέτι Ῥείης,
Καὶ δάπεδον Φενεοῖο, καὶ Ὀρχομενοῖο τοκῆα,
Ὀρχόμενον πολύμηλον ἐδέθλιον Ἀπιδανήων,
Οἵτ' ἔχον Ἀρκαδίην πόλιν Ἀρκάδος· ὅν ποτε μήτηρ
Καλλιστὼ Διῒ τίκτε· πατὴρ δέ μιν εἰς πόλον ἄστρων
Στηρίξας ἐκάλεσσε χαλαζήεντα Βοώτην·
Τόσσον Ἀρισταῖος στρατὸν ὥπλισεν Ἀρκάδι λόγχῃ
Ἀνδράσι μαρναμένοις νομάδας κύνας εἰς μόθον ἕλκων,
Τόν ποτε Κυρήνη κεμαδοσσόος Ἄρτεμις ἄλλη
Φοιβείῃ φιλότητι λεοντοφόνος τέκε νύμφη,
Ὁππότε μιν Λιβύῃ ψαμαθώδεϊ καλὸς Ἀπόλλων
Ἤγαγε νυμφοκόμῳ μεταναάστιον ἅρπαγι δίφρῳ,
Καί μιν ἔτι σπεύδοντα λιπὼν μαντώδεα Δάφνην
Αὐτὸς ἑαῖς παλάμῃσι πατὴρ θώρηξεν Ἀπόλλων·
Παιδὶ δὲ τόξον ἔδωκε, καὶ ἥρμοσε χειρὶ βοείην
Δαιδαλέην, γλαφυρὴν δὲ καθιεμένην διὰ νώτου
Ὠμαδίῳ τελαμῶνι κατεκλήϊσσε φαρέτρην·
Τῷ δ' ἐπὶ Σικελίηθεν ἑκηβόλος ἦλθεν Ἀχάτης,
Καί οἱ ἐφωμάρτησαν ὁμήλυδες ἀσπιδιῶται,
Κιλλυρίων τ' Ἐλύμων τε πολὺς στρατός· οἵ τε Παλίγγων
Ἕδρανον ἀμφενέμοντο· καί οἳ Κατάνην παρὰ λίμνην
Γείτονα Σειρήνων πόλιν ὤκεον· ἃς Ἀχελώῳ
Τερψιχόρη ῥοδόεσσα βοοκραίρων ἀπὸ λέκτρων
Τίκτεν ἀελλήεντι συναπτομένη παρακοίτῃ·

v. 288. V. 237. legimus ἄστεα.

v. 306. Falk. explendi numeri caussa bene addidit δέ.

Οἵ τ᾽ εἶχον Καμάριναν ὅπη κελάδοντι ῥεέθρῳ
Ἵππαρις ἀστήρικτος ἐρεύγεται ἀγκύλον ὕδωρ,
Ὕβλης θ᾽ ἱερὸν ἄστυ· καὶ οἳ σχεδὸν ᾤκεον Αἴτνης,
Ἧχι πυρὸς κρητῆρες ἀναπτομένης ἀπὸ πέτρης
Θερμὸν ἀναβλύζουσι Τυφαονίης σέλας εὐνῆς·
Οἵ τε δόμους ἐδάσαντο παρ᾽ ὀφρυόεντι Πελώρῳ,
Καὶ δάπεδον νησαῖον ἁλιῤῥοίζοιο Παχύνου,
Καὶ Σικελὴν Ἀρέθουσαν· ὅπη μετανάστιος ἕρπει
Στέμματι Πισαίῳ κομόων Ἀλφειὸς ἀλήτης;
Πορθμεύων βατὸν οἶδμα· καὶ ἀκροτάτου διὰ πόντου
Ἕλκει δοῦλον Ἔρωτος ὑπέρτερον ἄβροχον ὕδωρ,
Θερμὸν ἔχων ψυχροῖο δι᾽ ὕδατος ἁπτόμενον πῦρ·
Τοῖς ἔπι Φαῦνος ἵκανε πυρισφρήγιστον ἐάσσας
Ἰταλίης τριλόφοιο πελωρίδα πέζαν ἐρίπνης,
Τὸν βυθίῳ Κρονίωνι συναπτομένη τέκε Κίρκη,
Σύγγονος Αἰήταο πολύθρονος, ἣ παρὰ λόχμῃ
Ὤκεε πετραίοιο βαθύσκια κύκλα μελάθρου·
Καὶ Λίβυες στρατόωντο παρ᾽ ἑσπέριον κλίμα γαίης
Ἀγχινεφῆ ναίοντες ἀλήμονος ἄστεα Κάδμου·
Κεῖθι γὰρ ἀντιπόρων ἀνέμων πεφορημένος αὔραις
Εἰς χρόνον ᾤκεε Κάδμος ἔχων Σιθωνίδα νύμφην,
Σύμπλοκον Ἁρμονίην ἔτι παρθένον· ἧς διὰ μορφὴν
Γείτονας ἀντιβίους πολεμητόκος ὥπλισε Φήμη·
Ἣν Χαρίτην ὀνόμηνε Λίβυς στρατός· ἁβροτέρη γὰρ
Βιστονὶς ἐβλάστησεν ἐπιχθονίη Χάρις ἄλλη,
Τῆς ἄπο καὶ Λιβύης Χαρίτων λόφος· ἧς ἔτι μορφῇ

v. 336. Praetuli cum Falkenburgio Σιθωνίδα vulgato Εἰθωνίδα; pars enim Thraciae Sithonia fuit appellata.

Ἅρπαγος Ὑσμίνης δεδονημένος ἄφρονι κέντρῳ,
Φρικτὸς ἐρωμανέων ἐκορύσσετο βάρβαρος Ἄρης
Λαὸς ἐρημονόμων Μαυρέσιος· ἀλλὰ Τινάσσων
Χερσὶ χαμαιγενέεσσι Λιβυστίδος ἔγχος Ἀθήνης,
Ἁρμονίης πτολέμιζε προασπίζων παρακοίτης·
Ἑσπερίων δ' ἐφόβησεν ὅλον γένος Αἰθιοπήων,
Σὺν Διῒ θωρηχθέντι σὺν Ἄρεϊ καὶ Κυθερείῃ·
Κεῖθι καὶ ὡς ἐνέπουσι παρὰ Τριτωνίδι λίμνῃ
Ἁρμονίῃ παρέλεκτο ῥοδώπιδι Κάδμος ἀλήτης·
Νύμφαι δ' Ἑσπερίδες λέχος ἔπλεκον· ὧν ἀπὸ κήπων
Κύπρις ὁμοῦ καὶ Ἔρωτες ἐκόσμεον εὔγαμον εὐνὴν
Χρυσείην θαλάμοισιν ἐπικρεμάσαντες ὀπώρην·
Νύμφης δ' ἕδνον ἔρωτος ἐπάξιον· ἦ ῥ' ἀπὸ φύλλων
Ἁρμονίῃ καὶ Κάδμος ἐχεκτεάνῳ παρὰ παστῷ,
Βόστρυχον ἀφνειοῖσιν ἐμιτρώσαντο κορύμβοις
Ἀντὶ ῥόδου γαμίοιο· καὶ ἀβροτέρη πέλε νύμφη,
Χρύσεα δῶρα φέρουσα γέρας χρυσῆς Ἀφροδίτης·
Καὶ μέλος Ἀστραίης κιθάρης ἐπὶ κῶμον ἐγείρας
Μητροπάτωρ σφαιρηδὸν ἑῷ βητάρμονι ταρσῷ
Οὐρανὸν ἀμφελέλιξε Λίβυς κυρτούμενος Ἄτλας·
Καὶ μέλος Ἁρμονίης ἐμελίζετο γείτονι φωνῇ·
Καὶ ζυγίης φιλότητος ἑῆς μνημήϊα νύμφης
Δῶκε ποδῶν ἐπίβαθρα Λιβυστίδι Κάδμος ἀρέξῃ,
Δωμήσας πολίων ἑκατοντάδα· δῶκε δ' ἑκάστῃ
Δύσβατα λαϊνέοις ὑψέμενα τείχεα πύργοις·
Κείνου μνῆστιν ἔχοντες ἐπεστρατόωντο μαχηταί,
Μαρναμένου Βρομίοιο προασπιστῆρες Ἐνυοῦς,
Τικτομένης ναίοντες ἐδέθλια γείτονα Μήνης,

v. 362. Non est cur cum Scaligero pro ἐμελίζετο scribamus ἐπίκωμον.

v. 365. De voce δωμήσας v. Herm. Orph. p. 821.

Καὶ Διὸς Ἀσβύϛαο μεσημβρίζοντας ἐναύλους
Μαντιπόλου κερόεντος· ὅπη ποτὲ πολλάκις Ἄμμων,
Ἀλφειοῦ τριέλικτον ἔχων ἴνδαλμα κεραίης,
Ὀμφαίοις ϛομάτεσσιν ἐθέσπισεν ἑσπέριος Ζεύς·
Οἵ τε ῥόον Χρεμέταο, καὶ οἳ παρὰ Κίνυφος ὕδωρ
Ὤκεον ἀζαλέης, ψαμαθώδεα πέζαν ἀρούρης
Αὐχῆται Βάκαλές τε συνήλυδες· οὓς πλέον ἄλλων
Ἀρεΐ τερπομένους ζεφυρήϊος ἔτρεφεν ἀγκών·
Τόσσος λαὸς ἔην ἑκατόμπολις· ἐρχομένης δὲ
Πληθύος ἡγεμόνευε Κραταιγόνος· ὃν ποτε κούρη
Ἀγχιρόη Χρεμέταο παρὰ πλαταμῶνα τοκῆος
Ψύλλου κουφονόοιο μινυνθαδίῃ τέκεν εὐνῇ,
Νυμφίον ἀγκὰς ἔχουσα θεημάχον· οὗ ποτὲ καρποὺς
Ασθματι διψαλέῳ νότος ἔφλεγε θερμὸς ἀήτης·
Αὐτὰρ ὁ θωρήσσων κορυθαίολον Ἄρεα νηῶν
Ναύμαχον ἐσμὸν ἄγειρεν, ὅπη ποινήτορι θεσμῷ
Ηερίοις ἀνέμοισιν ἀναςήσειεν Ἐνυώ,
Ἱέμενος κτεῖναι φλογερὸν νότον· ἀγχὶ δὲ νήσου
Αἰολίης ϛόλος ἦλθε σακέσπαλος· ἀλλὰ μανέντος
Ἀνδρὸς ἀκοντιϛῆρες ἀελλήεντι κυδοιμῷ
Ὁλκάδα μαςίζοντες ἐθωρήχθησαν ἀῆται,
Συμφερτὴν δονέοντες ἀρήγονα σύμπνοον αὔρην,
Καὶ ϛρατιὴν, καὶ Ψύλλον ἐτυμβεύσαντο θαλάσσῃ·
Θρηϊκίης δὲ Σάμοιο συνέρρεον ἀσπιδιῶται·
Κοίρανος οὓς προΐαλλε βαθυσμήριγγος ὑπήνης
Ἠμαθίων βαρύγουνος ἔχων χιονώδεα χαίτην,
Τιτήνων μελέεσσιν ἐοικότας· οἳ τ' ἔχον ἀμφω
Ἀγχίαλον Μύρμηκα καὶ ἀνθεμόεντα Σαώκην,
Καὶ χθόνα Τεσμερίοιο, καὶ εὐλείμωνος ἀρούρης

v. 377. 384. Ἄρης h. l. i. q. πόλεμος. cf. Eur. Iph. Aulid. 283. ubi est i. q. ϛόλος.

Ἄλσεα Φυσιάδαο κατάσκια δενδράδι λόχμη,
Καὶ ζαθέην Κήρινθον ἀκοιμήτων Κορυβάντων,
Κτίσμα φαϊζομένης Περσηΐδος· ὀππόθι κέρης
Μυσιπόλων δαΐδων θιασώδεές εἰσιν ἐρίπναι·
Οἵ τε πολυγλώχινος ὑπὸ κρηπῖδος ἀρέρης
Βρώτιον ἀμφενέμοντο· καὶ ἃς ὑπὸ γείτονι πόντῳ
Ἀτραπιτοὺς βυθίοιο Ποσειδάωνος ἀκούω·
Τόσσαι μὲν στίχες ἦλθον ὁμήλυδες· ἀρχεγόνου δὲ
Ἠλέκτρης ὁμόφυλον ἐπισώσαντο γενέθλην·
Κεῖθι γὰρ Ἁρμονίην γένος αἰθέρος, αἷμα θαλάσσης,
Ἄρης, Ζεὺς, Κυθέρεια θεῶν χρεισμήτορι Κάδμῳ
Κερδίην ἀνάεδνον ἐδωρήσαντο γυναῖκα·
Τοῖσι κορυσσομένοισι σὺν εὐθύρσῳ Διονύσῳ
Ἠλέκτρης ἀνέτελλε δι' αἰθέρος ἕβδομος ἀστὴρ,
Δεξιὸν ὑσμίνης σημήϊον· ἀμφὶ δὲ νίκη
Πληϊάδων κελάδησε βοῆς ἀντίθροος Ἠχώ,
Γνωτῆς αἷμα φέροντι χαριζομένη Διονύσῳ·
Καὶ στρατιῇ πόρε θάρσος ὁμοίϊον· ἐρχομένων δὲ
Ὤγυρος ἡγεμόνευεν ἐς Ἄρεα δεύτερος Ἄρης,
Ὤγυρος ὑψικάρηνος, ἔχων ἴνδαλμα Γιγάντων·
Τοῦ μὲν ἔην ἄγναμπτον ὅλον δέμας· ἐκ δὲ καρήνου
Αὐχενίου τε τένοντος ὀπισθοκόμων ἐπὶ νώτων
Ἰσοφανεῖς πλοκαμῖδες ἀκανθοφόροισιν ἐχίνοις
Ἔῤῥεον ἰξύος ἄχρι κατήλυδες· εἶχε δὲ δειρὴν
Μηκεδανὴν περίμετρον ὁμοίϊον αὐχένι πέτρης,
Βάρβαρον ἦθος ἔχων πατρώϊον· οὐδέ τις αὐτοῦ
Φέρτερος ἄλλος ἵκανεν ἑώϊον ἐς μόθον Ἰνδῶν
Νόσφι Διωνύσοιο· καὶ ὅρκιον ὤμοσε νίκην

v. 407. Scaliger vult ἐπισώσαντο.

Ἰνδῴην χθόνα πᾶσαν ἑῷ δορὶ μοῦνος ὀλέσσαι·
Καὶ θρασὺς υἱὸς Ἄρηος, ἐὴν Πίμπλειαν ἐάσσας,
Βιστονίης Οἴαγρος ἐκώμασεν ἄστρον ἀρέσσης·
Ὀρφέα καλλείψας ἐπὶ γούνασι Καλλιοπείης,
Νήπιον ἀρτιχύτου μεμελημένον εἰσέτι μαζῷ·
Κυπριάδος τε φάλαγγας ἐκόσμεε Λίτρος ἀγήνωρ
Εὐχαίτης τε Λάπηθος· ἐθωρήσσοντο δὲ πολλοί,
Οἵ τ᾽ ἔλαχον Σφήκειας ἁλίκτυπον ἄντυγα νήσου,
Κύπρον ἐϋπτερύγων θεοδέγμονα νῆσον Ἐρώτων,
Κύπριδος αὐτογόνοιο φερώνυμον· ἧς ποτε Κύπρῳ
Ἄκρα περιγράψας βυθίῃ γλωχῖνι τριαίνης,
Ἰσοφυεῖ δελφῖνι τύπον τορνώσατο Νηρεύς·
Ὁππότε γὰρ γονόεσσα καταῤῥυτος ἄρσενι λύθρῳ
Οὐρανίη μόρφωσε λεχώϊον ἀφρὸν ἐέρση·
Καὶ Παφίην ὤδινε κεραστάδος εἰς χθόνα Κύπρου,
Ἔμφρονα θυμὸν ἔχων ὑπὲρ οἴδματος ἔτρεχε δελφίς,
Ἑζομένην λοφίῃσιν ἐλαφρίζων Ἀφροδίτην·
Οἵ τ᾽ ἔχον ὑδατόεν τε πέδον καὶ ἐδέθλια Σηστοῦ,
Καὶ Τάμασον καὶ Τέμβρον, Ἐρυθραίην τε πολίχνην·
Καὶ τέμενος βαθύδενδρον ὀρεσσαύλοιο Πανάρκτου·
Ἐκ δὲ Σόλων κεκόρυστο πολὺς στρατός· ἐκ δὲ Λαπίθων
Ὕστερον ἣν ἐκάλεσσαν ἐπώνυμον ἡγεμονῆος,
Ὃς τότε λαὸν ἄγειρεν, ἐν εὐθύρσῳ δὲ κυδοιμῷ
Κάτθανε, καὶ κτερέϊστο, καὶ οὔνομα λεῖπε πολίταις·
Οἵ τε πόλιν Κινύρειαν ἐπώνυμον εἰσέτι πετρῶν,
Ἀρχεγόνου Κινύραο, καὶ οὐρανίης πέδον ἕδρης,
Αἰθερίου κενεῶνος ἐπώνυμον· ὅττι πολίτας

v. 431. Sic rescripsi pro ἀρτιχύτῳ: v. quae ad XII, 202. attulimus.

v. 441. Forma κεραστὰς, άδος, alibi non occurrere videtur.

Ἔστρεφεν ἀστράπτοντας ἐπουρανίων τύπον ἄστρων·
Οἵ τ' εἶχον Κρεμάσειαν ἁλιστεφὲς οὖδας ἀρέρης·
Καὶ Πάφον ἁβροκόμων στεφανηφόρον ὅρμον Ἐρώτων,
Ἐξ ὑδάτων ἐπὶ βάθρον ἀνερχομένης Ἀφροδίτης·
Ἧχι θαλασσιγόνου Παφίης νυμφήϊον ὕδωρ
Σέστραχος ἱμερόεις, ὅθι πολλάκις οἶδμα λαβοῦσα
Κύπρις ἀνεχλαίνωσε λελουμένον υἱέα Μύρρης·
Καὶ πέλεν ἀρχεγόνου ποτὲ Περσέος· ᾧ ποτε Τεῦκρος
Καλλείψας Σαλαμῖνα χολωομένου Τελαμῶνος,
Ὁπλοτέρην πύργωσεν ἀειδομένην Σαλαμῖνα·
Λυδῶν δ' ἁβρὸς ὅμιλος ἐπέῤῥεεν· οἵ τ' ἔχον ἀμφὶ
Κίμψον ἐϋψήφιδα, καὶ ὀφρυόεσσαν Ἰτώνην·
Οἵ τε Τορύβιον εὐρὺ, καὶ οἳ Πλούτοιο τιθήνης
Σάρδιας εὐώδινας ὁμήλικας Ἠριγενείης·
Καὶ χθόνα Βακχείην σταφυληκόμον· ἧχί τε κούρη
Ἀμπελόεις Διόνυσος, ἔχων δέπας ἔμπνεον οἴνου,
Ῥείῃ πρῶτα κέρασσε, πόλιν δ' ὀνόμηνε Κεράσσας·
Καὶ σκοπιὰς Ὀάνοιο· καὶ οἳ ῥόον ἔλλαχον Ἕρμου
Ὑδατόεν τε Μέταλλον, ὅπῃ Πακτώλιον ἰλὺν
Ξανθὸς ἀποπλύων ἀμαρύσσεται ὄλβος ἐέρσης·
Καὶ Στατάλων κεκόρυστο πολὺς στρατός· ἧχι Τυφωεὺς
Θερμὸν ἀναβλύζων πυριθαλπέος ἆσθμα κεραυνοῦ
Ἔφλεγε γείτονα χῶρον· ἀελλήεντι δὲ καπνῷ
Αἰθομένοιο Τυφῶνος ἐτεφρώθησαν ἐρίπναι
Γυιοβόρῳ σπινθῆρι μαραινομένων κεφαλάων·
Ἀλλὰ Διὸς Λυδίοιο θυώδεα νηὸν ἐάσσας,
Ἄρειος ἀσίδηρος ἐμάρνατο κέντορι θυμῷ,
Μύθῳ ἀκοντιστῆρι, καὶ οὐ τμητῆρι σιδήρῳ,

v. 457. Nolim cum Scaligero scribere ἐπίβαθρον.

v. 480. Cunaeus vult μύθῳ pro θυμῷ, ut sit elegantior geminatio. Sed vereor, ne argutetur.

Γλώσσῃ ἐρητίων πειθήνιον υἱὸν ἀρούρης,
Ἔγχος ἔχων στόμα θοῦρον, ἔπος ξίφος, ἀσπίδα φωνήν,
Τοῦτο θεοκλήτῳ προχέων ἔπος ἀνθερεῶνι·
Στῆθι τάλαν· φλογόεις δὲ γίγας ὑπὸ μύστιδι τέχνῃ
Ἀῤῥαγέος μύθοιο σοφῷ στηρίζετο δεσμῷ,
Ἀνέρα δειμαίνων κεκορυθμένον ἔμφρονι λόγχῃ,
Γυμνοπέδην ἀσίδηρον ἔχων ποινήτορι μύθῳ·
Οὐδὲ τόσον τρομέεσκεν ὀϊστευτῆρα κεραυνοῦ
Αἰνογίγας πολύπηχυς, ὅσον ῥηξήνορα μύστην,
Γλώσσῃ ὀϊστεύοντα λάλον βέλος· εἶχε δὲ κάμνων
Ἕλκεα φωνήεντα πεπαρμένος ὀξέϊ μύθῳ·
Καὶ πυρὸς ἕλκος ἔχων τετορημένος ἔγχεϊ θερμῷ,
Ἄλλῳ θερμοτέρῳ νοερῷ πυρὶ κάμνε Τυφωεύς,
Καὶ στατὸν ἀστυφέλικτον ἐνερρίζωσεν ἀνάγκη,
Ταρσὸν ἐχιδνήεντα πεπηγότα μητέρι γαίῃ·
Οὐτηθεὶς ἀχάρακτον ἀμαιμάκτῳ δέμας αἰχμῇ·
Ἀλλὰ τὰ μὲν προτέροισιν ἐν ἀνδράσιν ἤγαγεν αἰών
Τοὺς δὲ λίγα κρατέοντας ὑπ' εὐρύθμῳ χθόνα ταρσῷ
Καὶ Γάβιος καὶ Στάμνος ἐπὶ κλόνον ὥπλισαν Ἰνδῶν,
Καὶ στρατὸν ὀρχηστῆρα περισκαίροντα δοκεύων,
Τοῖον ἔπος λέξειας· ὅτι πρόμος ἡγεμονεύει
Εἰς χορὸν, οὐκ ἐπὶ δῆριν, ἐνόπλιον ἄνδρα κομίζων·
Τοῖσι γὰρ εὐχομένοισιν ἀνακρούσασα χορείην
Μυγδονὶς ἐγρεκύδοιμος ἐπὶ κλόνον ἔβρεμε φόρμιγξ·

v. 482 Haud contemnenda videtur Cunaei conjectura τιτήνιον pro πειθήνιον; fuit enim terrae filius Typhoeus; sed minus usitatum videtur illud vocabulum.

v. 505. Amat Scaliger verba ex separatis imo separandis compo-

Ἀντὶ χορȣ̃ πέμπουσα μόθου λακσσόον ἠχώ·
Καὶ πολέμῳ σάλπιγγες ἔσαν σύριγγες ἐρώτων·
Καὶ δίδυμοι Βερέκυντες ὁμόζυγες ἔκλαγον αὐλοί.
Καὶ κτύπον ἀμφιπλῆγα βαρυσμαράγων ἀπὸ χειρῶν
Χαλκείοις πατάγοισιν ἐμυκήσαντο βοεῖαι·
Καὶ Φρύγες ἐστρατόωντο παρ᾽ ἐγχεμάχων στίχα Λυδῶν·

Οἵτ᾽ ἔλαχον Βέδειαν, ἀειδομένην τε Πολίχνην·
Δενδροκόμον τε Μένειαν, εὔσκιον ἄλσος ἀρέρης·
Οἳ Δρεσίην ἐνέμοντο, καὶ Ὄγριμον ὅς τε ῥεέθροις
Μαιάνδρȣ σκολιοῖσι νέον περιβάλλεται ὕδωρ·
Καὶ δάπεδον Δοίαντος ἐπώνυμον· οἵτε Κελαινὰς
Χρυσοχόρȣς ἐνέμοντο, καὶ ἱλαστήρια Γοργοῦς·
Τοῖσι συνεστρατόωντο, καὶ οἳ λάχον ἄστεα ναίειν
Γείτονα Σαγγαρίȣ, καὶ Ἐλέσπιδος ἕδρανα γαίης·
Τῶν πρόμος ἡγεμόνευε, λιπὸν ὀφιώδεα Δίρκην,
Πρίασος Ἀονίης μετανάστιος ἀστὸς ἀρέρης·

sita (v. c. v. 457.); scripsit h. l. *ἐπίκλονον*, neque magis feliciter, quam illic.

v. 511. Quam habuimus lectio, *ἐγχεμόχθων*, fuit rejicienda, neque metrum eam admittit. Quod posuit Scaliger *ἐγχεμάχοιο* eandem ob caussam stare non potest; sed forsan scribere voluit *ἐγχεμάχων*. Falk. *ἐγρεμάθων*, quae verba, quamvis non plura occurrere videantur eorum exempla, tamen ex analogiae legibus efficta sunt. Auctoritatem poetarum antiquissimorum sequerentur voces: *ἐγρεμάχων* aut *ἀγχεμάχων*, aut *ἀγχιμάχων*.

v. 514. Sic Scal. bene pro Ὀγρίμονός τε ῥ.

v. 517. Ingeniose Cunaeus: *ἱερὰ ῥεύματα Γοργοῦς*, ut sit Tithrasus fluvius, prope quem agebant Gorgones,

Ὁππότε γὰρ Φρυγίης πέδον ἔκλυσεν ὕετιος Ζεύς,
Ὀμβρηρεῖς πελάγεσσι χέων ὑψίδρομον ὕδωρ,
Καὶ δρύες ἐκρύφθησαν, ἀκανθοφόροις τ' ἐνὶ βήσσαις
Διψαλέαι πτεραμηδὸν ἐκυμαίνοντο κολῶναι·
Ἰκμαλέον τότε δῶμα λιπὼν κεκαλυμμένον ὄμβρῳ,
Καὶ ῥόον ἠερόφοιτον ἀκοντιστῆρα μελάθρων
Πρίασος Ἀονίης μετανάσσατο κόλπον ἀρούρης·
Ζηνὸς ἀλυσκάζων θανατηφόρον ὄμβριον ὕδωρ·
Αἰεὶ δ' ἀλλοδαποῖσι παρ' ἀνδράσι δάκρυα λείβων,
Μνώετο Σαγγαρίοιο· καὶ ἠθάδα δίζετο πηγήν,
Ἀονίου ποταμοῖο πιὼν ἀλλότριον ὕδωρ·
Ὀψὲ δὲ δύσνιφον οἶδμα, καὶ ὑδατόεσσαν ἀνάγκην
Ζεὺς ὕπατος πρῦνε, καὶ ἐκ Σιπύλοιο καρήνων
Κλυζομένης Φρυγίης παλινάγρετον ἤλασεν ὕδωρ·
Καὶ ῥόον Ἐννοσίγαιος ὅλον μετέθηκε τριαίνῃ
Εἰς βυθίους κευθμῶνας ἀτεκμάρτοιο θαλάσσης·
Καὶ νιφετοῦ κελάδοντος ἐγυμνώθησαν ἐρίπναι·
Καὶ τότε Βοιωτοῖο παλίνδρομον οὖδας ἐάσσας
Πρίασος ὑστερόμητις ἑὴν ὑπεδύσατο πάτρην·
Καὶ γενέτην βαρύγουνον ἀπήμονα πήχεος ὁλκῷ
Νόστιμος ἀγκὰς ἔμαρψεν· ὃν εὐσεβέων χάριν ἔργων
Ζεὺς μέγας ὀμβρήεντος ἀνεζώγρησεν ὀλέθρου,
Βρόντιον ὃν καλέουσιν· ἀπὸ Φρυγίοιο δὲ κόλπου
Πρίασον αὐχήεντες ἐκυκλώσαντο μαχηταί·
Ἀστερίς δ' ἀπάνευθεν ἑοῦ γενέταο μολόντος
Ἀρτιθαλὴς Μίλητος ὁμόστολος ἵκετο Βάκχῳ,
Καῦνον ἔχων συνάεθλον ἀδελφεόν· εἰς τότε Καρῶν
Λαὸν ἄγων ἔτι κοῦρος ἐδύσατο φύλοπιν Ἰνδῶν·

v. 534. Sic optime Scal. pro Ζεύς ὕδατος.

Οὔπω γὰρ δυσέρωτα δολοπλόκον ἔπλεκε μορφὴν,
Γνωτῆς οἶστρον ἔχων ἀδαήμονος· οὐδὲ καὶ αὐτῆς
Ἀντιτύπου φιλότητος ὁμοζήλων ἐπὶ λέκτρων,
Ζηνὶ συναπτομένην ἐμελίζετο σύγγονον Ἥρην
Λάτμιον ἀμφὶ βόαυλον ἀκοιμήτοιο Σελήνης·
Ὀλβίζων ὑπ᾽ ἔρωτι μεμηλότα γείτονι πέτρῃ
Νυμφίον Ἐνδυμίωνα ποθοβλήτοιο Σελήνης·
Ἀλλ᾽ ἔτι Βύβλις ἔην φιλοπάρθενος· ἀλλ᾽ ἔτι θήγην
Καῦνος ὁμογνήτων ἐδιδάσκετο νῆϊς ἐρώτων·
Οὔπω δ᾽ ἀβροκόμοιο κασιγνήτοιο φυγόντος,
Δάκρυσιν ὀμβρηθεῖσα δέμας μορφώσατο κούρη·
Καὶ ῥόον ὑδατόεντα γονήμονος ἔβλυε πηγῆς·
Τῷ δ᾽ ἅμα θαρσήεντες ἐπεῤῥώοντο μαχηταὶ,
Οἳ Μυκάλην ἐνέμοντο, καὶ οἳ λάχον ἀγκύλον ὕδωρ
Εἰς χθόνα δυομένοιο παλιννόστου ποταμοῖο
Μαιάνδρου σκολιοῖο διερπύζοντος ἐναύλων·
Τόσσαι μὲν στίχες ἦλθον· ὁμοζήλῳ δὲ πορείῃ
Λαῶν ἀγρομένων Κυβεληΐδες ἔκτυπον αὐλαὶ,
Μυγδονίης τε πόληος ἐκυκλώθησαν ἀγυιαί.

v. 550. Scal. vult *μομφὴν*; Cunaeus vero *μολπὴν*, addens: ita certe saepe loquitur Nonnus, quum designat *μινυρισμούς* et fractas querelas amantium. Scaliger scribens *μομφὴν* non animadvertit, paulo aliter haec a ceteris referri. Noster enim non ab hac illum, sed ab illo hanc amari ait. Contra alii.

RELIQUORUM NONNI

LIBRORUM

ARGUMENTA.

XIV.

Rhea Bacchi exercitum instruit, Cabiros nempe, Corybantes, Telchines, Cyclopes, Panes Satyrosque (quorum habitus et mores describuntur) Hyades, (a Junone in Centauros versas, quia Bacchum, muliebri forma inter ipsas versantem, educaverant) Centauros, (e Jovis in terram effuso semine ortos, cum cum Venere concumbere voluisset) Nymphas Bassaridesque. Bacchus dux cornu crateris loco et thyrsum tenens praecedit. Agmen proficiscitur. Indi eorumque duces armantur. Furiosae Bassarides invehuntur in hostem, variisque formis usae in Indos saeviunt. Bacchus fluvium sanguine plenum in vinum mutat; quo Indus fluvius animadverso miratur.

XV.

Indi ex illo fluvio bibentes, inde ebrii, temerarii, rabiosi, sui impotentes facti, tandem obdormiscunt et dormientes loquuntur. Bacchus cum exercitu dormientes aggreditur, multos vivos capit, tandem ad formosam nympham, Nicaeam nomine, defertur, venatricem Dianae castitate aequalem, quae ab Hymno pastore

amata et fustra expetita, eundem, mortem ab illa flagitantem, sagitta occiderat. Quo facto Amor ei minatur; omnia lugent Hymni mortem; Adrastea quoque et Diana.

XVI.

Bacchus Nicaea lavante conspecta eam amat amoremque ejus petit, omnia promittens, omniaque offerens. Cui succensens Nicaea respondet, nilque sibi cum eo negotii esse profitetur, minis praeterea additis. Bacchus abiens canem suum alloquitur, ei jubens, ut curiose ac studiose Nicaeae vestigia premat atque persequatur. Antiqua Melia (fraxinus) Baccho consilium dat, ut, uti Jupiter cum Danaë et Semela, cum dormiente concumbat. Nicaea interea Bacchum fugiens, sitiens ad fluvium in vinum mutatum accedit, bibit atque ebria obdormiscit; dormienti Bacchus supervenit. Quo Satyrus animadverso cum Pane de eo, quod viderat, loquitur. Nicaea sero expergefacta luget amissam virginitatem, mortem sibi, Baccho vindictam minatur. — Tandem Teletam parit filiam, (alii dicunt Satyros.) Bacchusque in Nicaeae honorem urbem hujus nominis condit.

XVII.

Iterum Bachus in Indos bellum parans vites plantat et a Broncho hospitio excipitur, quem vini culturam docet. Interea Astraëis Oronti Deriadis genero Bacchi dolum de fluvio

in vinum mutato exponit. Orontes iratus Bacchum ad certamen singulare provocat. Orta pugna Orontes ferociter in Bacchi exercitum saevit, Bacchum quoque aggreditur, sed vulnerare eum non valet. Thyrso Bacchus Orontis thoracem discindit, sed vitae ejus parcit. Orontes indigne ferens ignominiam Sole invocato se ipsum occidit. Quo facto Bacchus ei insultat, exercitumque ejus fundit. Aristaeus Bacchici exercitus saucios curat, sanatque herbis, melle, vino, incantationibus. Canitur epinicium. Blemys, Indorum dux, Baccho supplex, in gratiam recipitur, Aethiopumque rex constituitur.

XVIII.

Bacchus ad Indorum regem Staphylum pergit, qui itidem hospitaliter eum excipit. Staphylus cum Botrye filio et uxore Methe vinum bibunt atque ebrii facti saltant. Fatigati omnes cubitum eunt. Mirum portentosumque Baccho dormienti obvenit somnium. Staphylus moritur. Bacchus Methen consolatur.

XIX.

Methe a Baccho vinum doloris levamen petit atque consequitur. Addit Bacchus promissum, se vitem ex mariti nomine Στάφυλον, uvam ex filii nomine Βότρυν vocaturum, neque sine Methe (ebrietate) unquam commissationem fore. — Bacchus ludos parentales instituit in Staphyli honorem, pretiaque certaminum constituit. Erechtheus Atticus ad citharam fru-

menti Cereris et Triptolemi beneficio originem canit. Oeagrus Thessalus (Orphei pater) Phoebi et Hyacinthi amores canens vincit. Saltant Silenus et Maron; hic Staphylo invocato Ganymedis et Hebes historiam mimice exponit, ille saltat Aristaei cum Baccho coram diis certamen, Baccho vinum ministrante, Aristaeo mulsum *). Maron victor discedit, Silenus vero in fluvium mutatur uti olim antiquior Silenus (satyrus Marsyas) cui, cum ab Apolline in certamine tibiis canendi artis instituto, victus esset, pellis fuerat detracta.

XX.

Bacchus Methen sibi sociam adjungit. — Eris, Rheae specie assumta, Bacchum, ut acrius rem gerat, hortatur. Bacchus bellum parat. Pithus interea Bacchi comes in dolium, πίθον, mutatur atque mutatus gaudet. Lycurgus Dryantiades ferox Arabiae rex, ab Iride, quae Junone jubente Martis formam induerat, ad bellum Baccho inferendum concitatur; eadem quoque Mercurii specie Baccho persuadet, ut inermis cum Lycurgo congrediatur. Quo facto Lycurgus Bacchas fugat; Bacchus ipse in mare ad Nereum Thetidemque confugit. Lycurgus se piscatores missurum, qui Bacchum capiant, minatur.

*) v. L. XIII, 253. sqq.

XXI.

Lycurgus Bacchas persequens inprimis Ambrosiam aggreditur eamque capit. Ambrosia vero Terrae auxilium implorans in vitem mutatur, quae Lycurgum circumplectens quasi vinctum tenet. Bacchae Lycurgo insultant. Neptunus Arabiam tridente concutit; Lycurgus impotens saevit; insuper obcaecatur a Jove. Bacchus praeconem obsequium petentem ad Deriadem mittit, qui contra acerbissime in eum invehens exercitum ad bellum parat.

XXII.

Bacchi exercitus circa Hydaspen vagatur. Thureus ferox in eum convicia jacit; inter epula Indi Bacchum opprimere volunt. Ex Hamadryadibus vero una ad Bacchum transfuga Indorum consilium detegit. — Dolo usus Bacchi exercitus in planitiem fugit ibique hostes fundit. Multos Oeagrus vulnerat, Aeacus vero hostibus circumdatus a Pallade tutatus multos occidit Indos. Idem facit Erechtheus. Indi in Hydaspem compelluntur.

XXIII.

Multi suffocantur; sed et in aquis certamen continuatur. Quidam se ipsos interimunt, alii Hydaspis auxilium implorant. Solus Thureus aufugit cladis nuncius. Bacchi exercitus fluvium transit Hydaspem, qui fratrem Aeolum invocat, ut tempestate excitata Bacchas submergat. Aeolus hoc perficere conatur; sed

Bacchus Hydaspi minatur, denique eum facibus subditis incendit. Quo facto Oceanus graviter offenditur, Najades aufugiunt.

XXIV.

Jupiter litem componit. Hydaspes supplex implorat Bacchi clementiam, praeterita excusat et libenter se Baccho arundinem suam ad fistulas conficiendas permissurum pollicetur. Bacchus ignem exstinguit. — Denuo Deriades pugnam parat; idem facit Bacchus Jove adjuvante. Thureus Deriadi Indorum cladem refert, suadetque ut Brachmanes consultentur. Omnes pugnae illius exitum dolent. Bacchus laetas instituit epulas. Leucus Lesbius Veneris quoddam canit factum; eam nempe ad Palladis colum quodam tempore fila duxisse, et vestimento nexo effecisse, ut amor e Terra evanesceret; quo facto Palladem iratam deos adiisse, Mercurium vero eam derisisse, tandem Venerem ad officium proprium rediisse. — Epulis finitis omnes somno se dedunt, bella et victorias somniantes.

XXV.

Septimus adest et ultimus annus expeditionis indicae. Poëta ob rerum canendarum gravitatem Musam implorat, Bacchumque cum Perseo comparans et utriusque res gestas contemplans huic illum longe praefert. Idem facit Herculis gesta exponens et hic quoque Baccho inferior apparet. Tum Homeri laudibus illud

addit, Bacchum digniorem illi heroëm fuisse; et Musae auxilio iterata vice implorato in exponendo bello Indico pergit. — Insunt episodia ex antiquis astronomicis mythis vel Catasterismis. — Indi nondum luctus obliti sunt; Hydaspes in vinum mutatus est. Baccho quietis impatienti Attes, a Rhea missus, pretiosa affert arma a Vulcano fabrefacta, quorum praestantiam et magnificentiam omnes admirantur. Insculptae sunt Solis, Lunae, Stellarum, Fluminum, Thebarum, Amphionis, Ganymedis, Damaseni cum Dracone congredientis eumque occidentis, Rheae Saturno lapidem porrigentis imagines.

XXVI.

Astute Pallas Deriadem hortatur, ut cum Baccho congrediatur. Deriades undique exercitu coacto duces impellit, inprimis Tectaphum, quem quondam in carcere inclusum filia lacte sua nutriverat. Elephantos quoque Deriades armat.

XXVII.

Tum milites alloquitur atque exhortatur; Bacchum deridet ejusque genitorem. Indi progrediuntur vigore pleni et varie armati. Bacchus exercitum in quatuor disponit agmina eumque oratione alacriorem reddit. Jupiter, Deorum concilio convocato, omnes Baccho opitulari jubet, iisque, qui auxilium recusarent, graviter minatur.

XXVIII.

Aggrediuntur Indi; exoritur proelium. In Indorum exercitu virtute praestant Dexiochus et Corymbasus, qui occisus mortuus quoque loco suo consistit. Unus ex Atheniensibus (qui Erechtheum erant secuti) manibus quoque amissis mire et valide hostibus sese opponit. Cyclopibus progressis Deriadis exercitus in angustias redigitur, multi cadunt, Deriades ipse pugnans hostibus circumdatur.

XXIX.

Juno Deriadi animum inspirat, simul Morrheus in Satyros irruit. Hymenaeus, Bacchi amasius, saevit in hostes. Bacchus vero de Hymenaeo valde sollicitus vulnus ab eo avertere nequit, ideoque misere luget. — Pugna renovata Bacchus Deriadem provocat, nox vero pugnantes dirimit. Mars in somniis Rhea volente monetur, ne Deriadi in posterum auxilium praestet.

XXX.

Marte in Olympum profecto Bacchus hostes aggreditur; Morrheus conviciis stimulat Deriadem, vulnerans simul Eurymedontem, qui saucius patrem Vulcanum in auxilium vocat. Morrheus nonnisi Hydaspis ope Vulcani vindictae se subtrahit. Statim vero denuo progreditur. Tectaphus quoque aggreditur hostes, sed non cadit, moriensque filiae (cf. L. XXVI.) opem implorat. Frustra vero haec planctus la-

crymasque fundit. — Morrheus cum Deriade a Junone excitato irruit in Bacchum, quem fugientem Pallas exhortatur, ut in proelium redeat. — Bacchus obtemperat.

XXXI.

Juno novos nectens dolos primum Proserpinam adit, petitque, ut Furiarum unam in Bacchum mittat. Megaera Bacchum aggredi jubetur. Tum Iris Junonis jussu Somnum quaerit, ut Jovem in soporem conjiciat. Juno denique a Venere cingulum petit, quo Jovem demulceat, ut conjux amore ipsius flagrans, quae Baccho eveniant observare negligat.

XXXII.

Venus Junoni tradit cingulum, quo ornata ea Jovem adit. Jupiter vehementer exardet, e nube cubiculo facto Bacchum nil curat et obdormiscit. Megaera interea Baccho furorem injicit; Deriades in ejus exercitum grassatur, Marte assistente: multi cadunt, permulti fugiunt, in his Bacchus ipse, Silenus et Cyclopes. Aeacus solus resistit. Hamadryades lugent Bassaridas occisas.

XXXIII.

Pasithea Gratiarum una Veneri flores carpens Bacchi furore fugaque exercitus ejus conspecta misericordia tangitur, Veneremque de iis, quae viderat, certiorem reddit. Venus Amori persuades, ut Morrhei erga Chalcomeden Bacchantem amorem excitet. Extemplo Amor

Morrheum vulnerat, qui amore mansuefactus et contristatus querelis puellam prosequitur. — Chalcomede secum ejus amorem considerans ab eo abhorret, a Thetide vero admonetur, ut saltim amorem simulet.

XXXIV.

Turbatus Morrheus circumvagatur. Hysacus servus ejus uxoris Chirobiae, Deriadis filiae, eum commonefacit, eumque quid doleat percontatur. Morrheus doloris caussa relata remedium amoris petit et domi recubans Chalcomeden in somniis quoque videt. — Tum Bacchi exercitu timoris, Deriadis animi pleno congressis, Morrheus undecim Thyades capit, Deriadique pro munere sponsali donat, mox Bacchum se daturum spondens. Deriades eum monet, ne Baccharum pulchritudine capi se patiatur. Bacchae iterum fugantur, et in urbem includuntur; permultae occiduntur. Morrheus Chalcomeden capere gestit, quae amorem simulans tamen aufugit. Morrheus eam clamore prosequitur.

XXXV.

In urbe inclusae multae pereunt Bacchae. Deriades exercitum suum hortatur, ut ab earum pulchritudine sibi caveant. Moriens Baccha animum audientium sermone commovet. Morrheus tandem Chalcomeden consequitur, quae eum, si amore ipsius gaudere velit, arma deponere jubet. Morrheus quaecunque illa

petierit se facturum pollicetur et facit. Venus Marti inermem Morrheum ostendens illum incitat, ut dracone Chalcomedae corpus cingente pudicitiam ejus tueatur. Quo facto Morrheus deterretur. — Mercurius Bacchi specie indutus Bassaridas exhortatur. Jupiter vero Bacchum furentem conspiciens petit a Junone, ut uberis lacte Bacchum sanet. Invita Juno id peragit. Bacchus ad exercitum revertitur, denuoque eum instruit.

XXXVI.

Deriades suos exhortatur. — Interea de Bacchi cum Deriade bello certamine inter ipsos Deos exorto Neptunus contra Solem, Mars contra Palladem, Diana contra Junonem insurgunt. Diana a Junone vulnerata irridetur, ab Apolline vero sanatur. Mercurius pacem restituit. — Deriades pugnam redintegrat. Bacchus bestias quoque in Indorum exercitum immittit, quae elephantos aggrediantur. Bacchus cum Deriade congressus varias induit formas, tandem Deriadem harum mutationum caussa conviciis in ipsum invehentem vitibus implicat. Deriades Bacchum rogat, ut vincula solvat; quo facto rursus in eum saevit et Bacchus nil se terrestribus proeliis contra Deriadem effecturum sentit. Naves igitur parari jubet, sed Morrheus Bacchi consilium deridet suosque excitat. Fiunt

induciae trium dierum ad mortuos sepeliendos.

XXXVII.

Bacchus Ophelti in pugna occiso justa peragit, duodecim Indorum captivos ad ejus bustum immolat, certamina instruit et praemia cursus, luctae, pugilatus etc. proponit atque decernit.

XXXVIII.

Finitis induciis plura apparent prodigia, v. c. eclipsis solis, aquila serpentem ferens. Idmon astrologus ab Erechthèo consultus fausta illa Bacchico exercitui esse declarat, infausta Deriadi. Mercurius eadem Baccho exponit, eique hac data occasione Phaëthontis historiam narrat, qui jam puer parvum sibi fecerit curriculum, deinde adultus patris Solis currum regere volens a patre primum recusante tamen eum obtigerit, mox justa via aberrarit, astra turbaverit, quibus in Phaëtonta insurgentibus Jupiter eum fulmine percutiens in Eridanum dejecerit; quo facto Phaëthon sub aurigae forma cum Eridano in coelum sit translatus, mundi ordo restitutus, Heliades vero illius sorores in arbores electrum stillantes transmutatae.

XXXIX.

Rhadamanes Baccho naves paratas adve-

hunt; Deriades classem suam instruit animumque ei inspirat. Idem Bacchus facit. Pugnatur. Indi circumdantur, Aeacus a Jove imbrem, Erechtheus a Borea procellam contra Indos exorat. Multi caeduntur vel a belluis marinis deglutiuntur. Bacchus Morrheum vulnerat, vulneratum unus ex Brachmanibus sanat. Procellae et imbres Baccho victoriam procurant. Eurymedon Indorum naves incendit, Deriades in continentem fugere cogitur.

XL.

Pallas sub Morrhei specie Deriadi persuadet, ut proelium continuet. Sed et nunc Bacchus eum persequitur, consequitur, tandem trucidat. Deriades exanimatus in Hydaspem fluvium decidit, uxor ipsius Orsoboë et filia Chirobia impense dolent. Bacchi exercitus carmina triumphalia canit, et cum Baccho in Arabiam descendit. Tyrum perveniunt. Poëta hac data occassione Tyri antiquissimam historiam inserit. Hercules Astrochiton*) Bacchum hospitio excipit eique mundi origines et vicissitudines exponit usque ad Tyri fundationem. Bacchus

*) Est hic Hercules Tyrius sive Phoeniceus, solis symbolum, de quo multa exstant anaglypha et monumenta, sed seriori aetati adscribenda.

Astrochitoni craterem, Astrochiton Baccho tunicam donat.

XLI.

Ad Libanum montem progrediens Bacchus ad Beroën venit. Urbis hujus nominis latiorem poëta exhibet descriptionem, exponens situm divitas, vetustatem, fabulas, originem a Beroë nympha et urbem a Venere conditam referens. Venus enim petierat ab Amore ut Bacchum et Neptunum sagitta percuteret, praemium ei promittens, si ambos in Beroës, Veneris et Adonidis filiae, amorem adegisset.

XLII.

Peragit Amor Veneris mandata. Bacchus vehementer incensus Beroën undique sequitur, eam alloquitur, pavet, deam appellat. Beroë superba discedit. Pan Baccho persuadet, ut agricolae forma Beroë compareat. Bacchus hac specie indutus se Beroae servum fore pollicetur, tandem quis sit, aperit. Neque nunc flectitur Beroë. Neptunus ea conspecta pari flagrat amore, amoremque ei profitetur. Venus declarat, certamine procis esse decernendum. Dii spectatum adsunt.

XLIII.

Beroë Baccho magis favet. Rivales mag-

nos faciunt apparatus. Bacchus suos animat. Neptunus graviter in Bacchum invehitur. Exoritur pugna. Neptuni agmina in Bacchas irruunt, ambarum quoque partium animalia inter se dimicant. Precibus Psamathae adductus Jupiter Neptuno victoriam concedit; Bacchumque fulminibus terret. Neptunus Beroën consequitur; Amor vero consolatur Bacchum, Ariadnen illi pollicens.

XLIV.

Bacchus in Graeciam venit. Pentheus ei resistit; Bacchi vero agmina Penthei exercitum fundunt. Penthei mater Agave infausto territa somnio Diis sacrificat. Iterum Pentheus Baccho mortem adeo minatur. Bacchus Lunam (Dianam), Hecaten atque Proserpinam invocat. Luna eum eorum, quae jam peregerit, commonefacit, Proserpina Eumenides Penthei domui immittit; Agave furens ferociter vociferatur.

XLV.

Furore correpta Agave Bacchi orgia recipere vult, Bacchis sese immiscet cum sene Cadmo. Pentheus hoc factum deridet, vini dono male dicit, Cereris dona ei praefert, Bacchum in piratarum manus cecidisse narrat (cum in insulam Naxum ab Jonia trajicere voluerit.) (v. Hy. Homer.) eosque in delphines mutatos

(inde omnes Delphines Baccho sacri.) etc.; tum denuo sese armat. Bacchus servi figuram induit; Pentheus multas capit Bacchas: mire vero hae liberantur. Pentheus flammis circumdatur.

XLVI.

Pentheus furens convicia in Bacchum jacit. Bacchus placide respondet eumque dolo capit. Pentheus muliebri vestimento indutus bacchatur. Agave cum Autonoë sociam se adjungit; Pentheus in leonem conversus a sua matre occiditur, et caput ejus ab ipsa ad Cadmum defertur. Cadmus eum interfectum dolet, similiter Agave, postquam Penthei caput agnovit. Autonoë Agaven, Cadmum consolatur Bacchus.

XLVII.

Athenis Bacchus nemine renitente recipitur. Icarius eum hospitaliter excipit. Cui Bacchus vinum donat, pariter ac rusticis, qui ebrii facti Icarium occidunt. Icarius filiae Erigonae in somniis exitum suum aperit, eaque longa edita querela vitam suspendio finit. Ambo a Baccho in coelum efferuntur. Bacchus venit ad Ariadnen in insula Naxo a Theseo derelictam, ejusque dormientis pulchritudinem miratur. Expergefacta Theseum amissum queritur. Bacchus amore correptus verbis eam sibi con-

ciliat. *) Argos profecto Perseus resistit, quem Juno magis magisque incendit. Perseus sese in Bacchum armat. Ambo se invicem despiciunt. Perseus vero, Bacchum superare non valens, Ariadnen Medusae capite in lapidem mutat. Bacchus contra eandem in coelum evehit; ibi Ariadne fit Maja Dea. Mercurius pacem restituit; Argivi Bacchi cultum recipiunt.

XLVIII.

Bacchus in Thraciam venit; Juno Terram contra eum concitat, quae filios suos in Bacchum armat, bestias videlicet et Gigantes; sed omnes a Baccho vincuntur. Bacchus posthac in Phrygiam transit, ibique Pallenen amans, quae omnes adhuc procos lucta vicerat, eam vincit suamque reddit. — Ad Rheam tandem veniens Auram venatricem conspicit amatque. Aura somniat de amissa virginitate; quo somnio irata superbe se supra Dianam extollit. Dianae hac de re conquestae Nemesis vindictam pollicetur. Bacchus vini fontem provenire jubet, ad quem Aura delata bibit et ebria obdormiscit. Dormienti Bacchus concumbit. Aura vero expergefacta malique certa furit, in se ipsam saevit, a Diana vero irridetur. Nicaea (v. Argum.

*) Bacchi cum Ariadna nuptiae in mysteriis ἱερὸς γάμος dictae.

L. XVI.) eam consolatur. Parit Aura geminos infantes; unum eorum devorat, tum in aqua se submergit et in fontem mutatur. Diana nutrix fit superstitis junioris Bacchi. Bacchus Ariadna in coelum sublata ipse in Olympum revertitur.

COMMENTARIUS

MYTHOLOGICUS.

COMMENTARIUS MYTHOLOGICUS

IN LIBRUM OCTAVUM.

V. 1. Θεὸς i. e. Jupiter, qui Semelam gloria futura ei praedicta Bacchum utere ferentem relinquit.

V. 4. Fons fabulae de Semela est in Hymnis homericis VI. XXV. et XXVI. apud Pindarum in Pythicis III, 176 sq. qui sic:

— ἀτὰρ λευκωλένῳ γε Ζεὺς πατὴρ
Ἤλυθεν ἐς λέχος ἱμερτὸν Θυώνᾳ.

cf. Schol. ad Eurip. Hippol. 559. Orph. Hymn. 43. qui est hymnus in Semelam, mysteriis destinatus, multis eam epithetis condecorans, uti assolent hi hymni: v. c. παμβασιλεία, ἐρατοπλόκαμος, βαθύκολπος κ. τ. λ. Semelae historiam tractant Ovid. Metam. III. 253. sqq. Apollod. III, 4, 3. Hygin. (ex veteribus tragicis uti Apollodoris ex poëtis cyclicis) fab. 179. Diod. Sic. III, 63. IV. 2. Eudoc. Violar. p. 118. et 373 ubi ejus genealogiam legimus; Lucian. Dial. Deor. 9. ubi quaedam aliter, quam apud Nonnum: v. c. Semeles domus conflagrat, Mercurius Bacchum e Semela exsecat et defert ad Jovem, qui femore perscisso foetum indit. Quae apud Athenaeum in Semelae historia occurrunt a Nonni narratione discrepantia suis inseremus locis. A reliquis abit Meleager in Anthol. Carm. CXI. quod v. infra ad IX, 28. qui Bacchum non in Jovis femore conditum, sed ab ipsis nymphis statim e cineribus raptum educatumque facit.

V. 5. Apud Pausaniam IX, 35. egimus, primitivam fabulam nonnisi duas cognoscere Horas, quarum nomina fuerint Θάλλος et Κάρπος, quae germinationis nempe et fructuum essent symbola. Posteriore tempore moralis quoque illis indita est significatio et tres anni tempestates (ver enim et aestas in unam coalescebant) nomina accepere Eunomia, Dice et Irene. Sic legimus apud Orph. in hymno 42. cf. Phurnut. de N. D. c. 18. ubi Jovis ex Themide filiae dicuntur. Hyginus f. 153 decem Horarum nomina ab aliis aliter appellatarum tradit, quae quidem varias diei partes et negotia significare videntur. v. c. Auge, Anatole, Musia, Gymnasia, Nimphes, Mesembria, Sponde, Elete, Acte, Dysis. — Latius exponitur Horarum negotium apud Nonnum XI, 486 sqq. (cf. XLII. 284.) ubi quatuor a n n i f i l i a e dicuntur, L. XII. 17. vero mensi unicuique una tribuitur Hora. Cum Orphico consentit Apollod. I, 3. — Nostro loco Horae dicuntur S a t u r n i d a e f a m u l a e, L. XII. duodecim illae s o l i s e t a n n i f a m u l a e et XI, 15. t e m p o r i s f i l i a e, idem sane quod a n n i f i l i a e. Observatum enim est a viris doctis, χρόνον a posterioris aetatis scriptoribus pro anno usurpari: v. Heemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 407. Valken. Diatr. Eurip. p. 135 et quae ille laudat loca v. c. Schol. Aesch. in argum. trag. VII. c. Theb. Eustath. in Il. B. p. 172. 9. Apud Nonnum IX. 11. 12. Bacchus recens natus hedera coronatur ab Horis. Hunc locum Natalis Comes Myth. V, 13. Demarcho tribuit, pro more, perditorum operum, quae nunquam vidit, titulos jactandi; hoc nomine notatus ab Heynio ap. Apollod. p. 263. Ceterum in hac re veterum vestigia legisse Nonnum, credibile, facit Callimachus L. p. 318. Ernest.

— ἐν χοροῖσιν Ὧραι — κισσοφόροις, ἐπὶ διθυράμβοις
Αἱ Διονυσιάδες.

In fabulae auctoribus prae ceteris ponendi Homerus Il. V. 749. VIII. 433 sqq. Hesiodus Theog. 901 — 903. ed. Wolf. Pindarus Ol. XIII. 6. sqq. Artis opera v. ap Winkelmann. monumenti ant. inediti I, 39. II, 33. 39. vers. vernac. Vocabuli ὥρα historiam exposuit Hindenburg. ad Xen. Memor. p. 170 — 177, inprimis 175. Ad Horarum autem Baccho adpictarum notionem plura suppeditat Manso über die Horen und Grazien p. 37. et passim; add. Creuzeri Dion. I. p. 270.

V. 8. De hoc et de aliis Bacchi nominibus v. quae ad IX, 15. attuli.

V. 10. In plantis Baccho sacris post vinum prima est hedera, tum olivarum genus, (frgm. Orph. p. 355. ed. Gesn.) ficus, (Athen. III. p. 78. c. ex Sosibio Laudamonio) mala citrea, (frgm. Orph. 17. ubi χρύσεα μῆλα Ἑσπερίδων in ejus παιγνίοις enumerantur) papaver*), quoque et apium, quod et mortis fuit symbolum, quia ut optime exposuit Vossius ad Virg. Ecl. VI, 68., recordatione mortis animi hilaritatem quasi condire volebant veteres. Osiridi hederam Aegyptios, quomodo Graecos Baccho consecrasse ait Diod. Sic. Diod. Sic. I, 17. p. 50. immo eam Aegiptiorum lingua Osiridis plantam dictam (cf. Plut. T. II. p. 365. D.). Apud Athen. XIII. p. 608. e. legimus: Χαιρέμων ἐν Διονύσῳ:

Χορῶν ἐραστὴς κισσὸς ἐνιαυτοῦ δὲ παῖς. (quo significatur ejus perennitas.) Idem XV. p. 675. d. docet, cur potissimum hederaceis coronis usi sint veteres in compotationibus: cui rei medica subest ratio. Bacchum flores amare docet Ov. Fast. V. 345. — Quod Nonnus v. 12 ait, et apud Scholiasten ad Aristoph. Pac. p. 658. (cf. eundem ae Aristoph.

*) Papavera universe diis χθονίοις sacra fuere: v. Creuzeri Dion. p. 224. et quae ille laudat loca.

Vesp. p. 453. sq.) leginius, dicentem: *κιττᾷν ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κυουσῶν γυναικῶν, ἤγουν ἐπιθυμεῖν. καὶ ἐπειδὴ ἀδήφαγον καὶ πάμφαγον ὄρνεον ἡ κίττα* (i. e. pica) *περίεργον δὲ καὶ εἰς ἐπιθυμίαν.* v. Cornut. de Nat. Deor. c. 30. cf. nostr. obss. crit. ad h. l.

V. 34. Multo simplicius hanc rem enarrat Ovidius Met. III. 273. sqq. Juno his, quas Nonnus refert, ambagibus omissis in Beroës, quae fuerat Semelae nutrix, speciem transformata Semelam adit. — Junonis in Semelam odium depinxit Eurip. in Bacchis 6. sqq.

V. 41. sqq. Martem ab alio quodam scriptore tam foeda exhibitum forma non memini in Olympo versantem, nam quod est apud Homerum Martis epitheton *μιαιφόνος* eo non tam turpata Martis forma significatur. Noster locus arguit Scriptorem a pulchri venustique sensu, qui Graecis optimae aetatis inerat, haud parum alienum.

V. 62. Nostram ait Thraciam, quia a Martis filia Thracia dicta dicitur. Hyg. f. 159. Thracem Martis filium dicit.

V. 65. Bistonia Thraciae regio, a Bistone, Martis et Calirrhoës filio appellata, qui et urbem sui nominis condidit. De Bistonibus v. Apollod. II, 5, 8. cf. Nonn. 340.

V. 67. De Titanibus v. Hes. Theog. 207 — 210 ubi dicti dicuntur a *τιταίνεσθαι* sc. *δόλον* in patrem Uranum; inde sequitur, eos ante notum illud facinus hoc nomen commune non habuisse; quod etiam ex Hes. Theog. 132 sqq. apparet. Alii eos a *τιέιν*, venerari, dictos ajunt. Scribitur eorum nomen vario modo, v. c. *Τιτάς*, *Τιτὰν*, *Τίταξ*, *Τιτηνὸς* f. *ἡ Τιτήνη*, rex, regina.

V. 74. Callistus et Arcadis historiam v. latius expositam apud Ovidium Met. II. 380 sqq. cf. Apollod. III. 8, 2. ib. Heyne p. 666. et 668.

V. 76. Fabulam de Plejadum astro in humero Tauri v. ap. Apollod. III, 10, 1. ib. Heyne p. 682. cf. Hy-

gin. f. 192. qui miram nominis earum etymologiam profert: quia plures erant Πλειάδας dictas. Inprimis vero huc facit Eratosthenes in Catasterism. c. 23. cf. Boeckh. de Gr. Trag. Princc. p. 278. qui plura suppeditat loca huc pertinentia, praesertim ex Euripide.

V. 77. Non confundenda haec Electra, una ex Plejadibus, Atlantis e Plejone filia, (Apollod. III, 10, 1. ib. Heyne p. 735. sq.) quae a Jove compressa Jasionem peperit et Dardanum (Il. Υ, 215 sqq. Apollod. III, 12, 1.) cum ejusdem Atlantis matre, Oceani et Thetidis filia, neque cum Electra, quae fuit Agamemnonis et Clytaemnestrae.

V. 94. Fons fabulae de Ganymede, Trois, cum Ilo et Assaraco, filio est Hom. Il. Υ. 231 sqq. (ubi dii eum rapiunt, ut sit Jovis pincerna) et hymn. Hom. in Ven. 203 sqq. nec ibi a Jove aquilae ministerio sed procella raptus dicitur. Memorabile est Pindari fragmentum apud Schol. Arati p. 72, ed. Buhl., ubi Ganymedes Nili incrementorum auctor dicitur. cf. Eudoc. Violar. p. 95. Apollod. III, 12, 2. II, 5, 9. ib. Heyne p. 383. 741. Ov. Met. X. 143 sqq. Hygin. f. 271. Cic. Tusc. I, 26. Fulgent. Myth. I, 25. Barnes. ad Eur. Troad. 822. Xen. Symp. VIII, 30. Eurip. Iph. Aul. 1054. Cui Xenophontis loco contradicere videntur complura loca, quae Ganymedem a Jove ob pulchritudinem raptum dicunt, neque vero eam primariam esse caussam, ut pincernae munere fungatur. Ait enim Xenophon l. l. *καί ἐγὼ δέ φημι καὶ Γανυμήδην οὐ σώματος ἀλλὰ ψυχῆς ἕνεκα ὑπὸ Διὸς εἰς Ὄλυμπον ἀνενεχθῆναι. μαρτυρεῖ δὲ καὶ τοὔνομα αὐτοῦ· ἔστι μὲν γὰρ δήπου καὶ Ὁμήρῳ,*

— — *γάνυται δέ τ' ἀκούων.*

τοῦτο δὲ φράζει, ὅτι ἥδεται δέ τ' ἀκούων· ἔστι δὲ καὶ ἄλλοθί που,

— — *πυκινὰ φρεσὶ μήδεα εἰδώς,*

τοῦτο δ' ἂν λέγει, σοφὰ, φρεσὶ βουλεύματα εἰδώς. ἐξ οὖν συναμφοτέρων τούτων οὐχ ἡδυσώματος ὀνομασθεὶς ὁ Γανυμήδης, ἀλλ' ἡδυγνώμον, ἐν θεοῖς τετίμηται. Contra vero ap. Ath. XIII. p. 566. d. raptus dicitur:

Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

Add. Ath. XIII. p. 602. e. ib. Soph. frgm. Colch. Eurip. Orest. 1392. Cyclops 575 sqq. cf. quae Boeckhius in libro de Plat. legg. p. 107. hanc rem spectantia congessit. Echemenes ap. Ath. XIII. p. 566. c. Minoem, non Jovem Ganymedem rapuisse ait. Cretenses hanc de Jovis in Ganymedem amore fabulam finxisse dicuntur, ut ipsi, παιδερασταὶ, morem suum illustri exemplo speciosum reddant. Chalcidenses contendebant (ex Graecorum more, omnia preclara sibi suisque regionibus adscribentium) Ganymedem in Euboea a Jove raptum esse. Ceterum constat, primum Mercurium deorum fuisse pincernam, deinde Heben, denique Ganymedem, postquam Hebe Herculi in Olympum recepto laborum praemium uxor data fuerat.

V. 97. De Ariadna ejusque corona a Baccho inter sidera collocata varias variorum recenset fabulas Hyginus poet. astronom. L. II. c. 5. ed. van Staveren p. 432. Nonnus haç de re variis locis agis v. c. XLVIII. sub finem, antequam B. in coelum ascendit:

Οὐδὲ κυδωναίων ἐπελήσατο Βάκχος ἐρώτων
Ἀλλὰ καὶ ὀλλυμένης προτέρης ἐμνήσατο νύμφης,
Καὶ στέφανον πεπίκυκλον ἀποιχομένης Ἀριάδνης
Μάρτυν ἑῆς φιλότητος ἀνεστήριξεν Ὀλύμπῳ.

et XLIII. 425. Ariadna sponsa Baccho promittitur ab Amore v. nostr. Argum. huj. libri; add. L. XLVIII. 590 sqq. ubi Ariadnae anima Baccho in somniis comparet, ejusque levitatem in amando accussat.

V. 99. De Perseo v. Apollod. II, 4, 1. Simonidem

poëtam apud Athen. IX. p. 396. e. ib. Schweigh. et Nonnum passim.

V. 100. Andromedae fabulam refert Apollod. II, 4, 3. ib. Heyne p. 505. Medusae vero idem II, 4 2 sq. De Perseo, Andromeda et Medusa cf. Ov. Met. IV f. 17, 18. de Andromeda inprimis Hygin. f. 64.

V. 114. A Dicte, Cretae monte, Jupiter Dictaeus appellatus ibique a Corybantibus, Cybelae sacerdotibus educatus fertur, vel a Curetibus ut est ap. Apollod. I 1. — Agathocles Babylonius vel Cyzicenus ap. Athen. IX, p. 375 f. 376. a. Jovem ibi natum et a sue lactatum ait. Ap. Hes. Theog. 477. est Λύκτον, quod Heynius, nostram respiciens fabulam, non satis firmis argumentis nixus in Δίκτον mutari vult. Nam fuit et Lyctus Cretae oppidum cf. Plin. H. N. IV, 20. — Amnessus est Cretae fluvius.

V. 119. Κυδωνιὰς μίτρη, mitra vi magica et formam mutandi dote instructa. Κυδὼν fuit urbs Cretae. Κυδωνιὰς quoque est i. q. Ἄρτεμις cf. Orph. hy. 35, 12. et Ephorus ap. Ath. VI, p. 263 f.

V. 136. Danaës Historiam legimus ap. Eurip. Dan. frgm. T. II, p. 400. ed. Barn. Strab. X, p. 746. Alın. Athen. IX. p. 596. e. ubi Simonidis est locus. Apollod. II, 2, 1. II, 4, 1. ib. Heyn. p. 278. Hygin. f. 68. Praeclaram Simonidis Cei elegiam v. ap. Dion. Hal. T. V, p. 221. ed. Reisk. add. Eudoc. violar. p. 32 et 103 — 106. Nominis etymologiam exhibet Eurip. Bacch. v. 20. cf. not. ad 18.

V. 142. Latius enarrant Europae historiam Nonnus 50 sqq. Ov. Met. II, 832 sqq. Hygin. f. 178. Apollod. III, 1, 1, 16. Heyne p. 526. — Fulgentius Myth. I. putat, Europam a Jove raptam in navi, quae tauri picturam habuerit; Palaephatus autem de incredib. c. 16. narrat, Gnosium quendam, nomine Taurum, e

Tyro rapuisse cum alias puellas, tum virginem regiam Europam. En nostrates miraculorum interpretes! —

V. 143. Jo (nam sic jure me posuisse credo pro Ἰώ) ejusque historia satis nota ex Aeschyli Prometheo vincto 561 — 866. cf. Voſs Mythol. Brfe. XII, ep. 17 sq. Add. Nonn. III, 267 sqq. Ov. Met. f. 15, 16. Apollod. II, 1, 3. ib. Heyn. p. 249. sq. 255 sq. Jo symbolum lunae apud Argivos antiquissimum fuisse videtur; v. Eustath. ad Dion. Perieg. 92. Eudoc. Viol. p. 242 sq. Ceterum harum religionum, adeoque epithetorum οἰστρηθεῖσα, κεραςφόρος κ. τ. λ. color ductus e religionibus Isidis; ut in medio relinquamus illud, an Jo eadem sit cum Iside.

V. 149. De Latona v. Scolion elegantissimum apud Athen. XV, p. 694. d. cf. p. 701. c. d. ubi est fragmentum Clearchi Solensis, Aristotelis discipuli. Apollod. I, 4, 1. Callim. Hy. in Apoll. v. 100 sqq.

V. 160. Harmoniae, Martis e Venere filiae, historiam retulit Nonnus L. IV. Apud eundem Harmonia philosophico vel mystico sensu παμμήτωρ vocatur XLI, 276. Praeclare explicuit hanc fabulam Zoëga (li bassiril. antichi di Roma I. Distrib. p. 6 sqq. ad Tab. II.) De Cadmo Nonnus L. IV. multa tradidit, partim ex proprio, uti videtur ingenio, partim ex antiquis scriptoribus hausta, ex iisdem fortasse, e quibus Cadmi historiam retulit Diod. Sic. IV, 2, p. 9. — Ceterum in hoc de Cadmo fabularum circuitu saepissime Cadmilus v. Casmilus ad Samothracium Bacchi cultum pertinens occurrit, *) de quo cum Nonnus plane taceat, quadam loca laudasse sufficiat; v. c. Schol. Apollon. I, 915. Callim. ap. Varr. de L. Lat. VI, 3. Ly-

*) Qui in ἱερῷ λόγῳ i. q. Jacchus, in vulgari fabula Hermes. v. Creuzeri Dion. I. p. 21.

cophr. Cass. 162. cf. 219. ubi idem vocari videtur Cadmus. Strab. X, p. 724. Steph. de Urbb. v. Κάβειρα.

V. 182. Paulo aliter Hyginus ex antiquis tragicis hanc rem narrat f. 179, 167. Pete a Jove, ait Semelae nutrix Beroë, ut sic ad te veniat, quemadmodum ad Junonem, ut scias quae voluptas sit cum Deo concumbere. Nec Ovidium (Met. III, f. 6.) Nonnus sequitur, sua forsan intexens. De alia Beroë, quae urbi ejusdem nominis originem dedit, permulta tradit Nonnus LL. XLI. et XLII, quorum argumenta conff. — Ceterum videri potest Nonnus colorem duxisse ex Homerico Hymno in Cererem 101 sqq.

V. 183. Agenor ex Agriopa Cadmum genuit Hygin. f. 179. et Europam f. 178. cf. Eurip. Bacch. 171.

V. 214. Μίτρη (mitra) fuit redimiculum, quo feminae caput velabant, ita ut simul buccarum tegmen praestaret. v. Serv. ad Virg. Aen. IV, 216. Quod quidem tegmen capitis parum virile habitum. Inde viris non tribuitur, nisi cum significatione vitae mollioris et effusae luxuriei. Hinc Hercules Omphalae famulans mitra velatus: vid. Winkelmanni monim. ant. libr. II, 47. et Philostr. Imagg. p. 808. Olear. ubi de Lydorum mitris. Erat enim Lydorum gestamen et ut quisque populus luxuria pessime audiebat. Hinc apud Virg. l. l. Paris — cum semiviro comitatu — Maeoniâ — mitrâ etc. ubi cf. Heynius. Bacchus a Junone inimica luxu effeminatus declaratur eo, quod mitram gerat ap. Lucian. Dial. Deor. XVIII. cf. Hemsterhus. ad alium Luciani locum D. D. p. 254. Bip. Unde Bacchus graphice θηλυμίτρης dicitur. Sophocli eodem sensu Bacchus est χρυσεομίτρης Oed. tyr. 218. unde ab alio poëta eidem Deo hoc epitheton inditur, v. Antholog. Gr. III, p. 217. Jacobs. Cogitandus autem in his omnibus Bacchus Asiaticus, sive Phrygius, qui

et Lydius, sive Indicus. Et sunt, qui hoc Bacchi vestimentum ab Indis repetendum arbitrentur. Ad oculorum sensum μιτρηφόρον Dionysum adcommodatum v. in Millini Vases antiques tab IX. qui vir ibidem de hac re monuit. Ceterum mitra virorum non usquequaque una eademque. Paris enim pileo incurvo vittis dependentibus fingi solitus, vid. Serv. ad Virg. l. l. Bacchus contra aliique solum redimiculum addito buccarum tegmine gerunt. Quae res vulgo parum tenetur.

V. 217. Fons fabulae de Martis et Veneris amoribus est ap. Hom. Od. Θ, 266 sqq. Eum secuti sunt Ov. Met. IV, 167 sqq. Art. am. II, 561 sqq. Lucian. Deor. Dial. XVII. Hygin. f. 148. Improbat fabulam Plato Rep. III, p. 390, c.; allegorice interpretatur Heraclides Ponticus. —

V. 219. Quia Harmonia est Martis filia.

V. 233. De his nuptiis v. Nonn. v. 88 sqq. cf. Pind. Pyth. III, 155 sqq. Eurip. Bacch. 1329 sq. ib. Barn. et v. 1354. add. Schol. ad Eur. Phoen. 641.

V. 236. De hac Melanippe v. Strabon. VI, p. 406. Hygin. f. 186. — Non confundenda cum Menalippe ab Hercule rapta, uti est ap Jul. Firmicum de err. prof. rel. p. 265 ed. Comelin. — Colorem duxit h. l. Nonnus ex Hom. Il. I, 113.

V. 239. Egregie Dirce cantata, cum Jupiter Bacchum femori insueret, in Eur. Bacch. 518 sqq. cf. Barn. ad 519. Phoeniss. 648. — Sed cur Dirce ἐχιδνοκομος? Bacchus ipse dicitur a poëtis ἐχιδνοκομος quod utrinque ad eum spectat, sive scribas ἐχιδνόκομος, ut sit serpentibus comae implicatis, (v. Nonn. XIV. 234. δρακοντείῳ τρίχα δεσμῷ) sive ἐχιδνοκόμος (ut ἱπποκόμος Herodot. III, 85. et παιδοκόμος ap. ipsum Nonnum XIII. 145) qui viperas alit et curat. Et Maenades Euripidi Bacch.

103. sunt θηροτρόφοι in anguium mentione Ibidem vero capillus serpentibus implicatus exhibetur cf. ibid. v. 697. ibiq. Barnes. Itaque Dirce, tanquam Baccha, est sive ἐχιδνοκόμος, sive ἐχιδνόκομος. Horatius de Baccho Carmm. II, 19, 19. sq. nodo coerces viperino sine fraude crines. Cf. de Dirce Hygin. f. 7 ei 8. et Schol. ad Eur. Phoen. 102.

V. 240. Lernae mentionem injicit Apollod. II, 1, 4.

V. 241. Amymonen Danai filiam a Neptuno amatam refert Apollod. II, 1, 4. Hygin. f. 169. Nonn. XLII, 409.

V. 245. Tyro fuit Salmonei ex Alcidice filia, quae cum Neptuno in Enipeum amasium mutato consuevit. Apollod. I, 9, 8. Fons fabulae est ap. Hom. Od. Λ, 235 sqq. cf. Schol. Lycophr. 175. Peliam e Neptuni complexibus et Neleum filios habuit. v. Brunk ad Sophocl. Fragmm.

V. 246. Enipeus Thessaliae fuit fluvius, quem Tyro Nereis adamavit. v. vers. praec.

V. 272. Typhoeus et Typhon (Typhaon et Typhos) plerumque promiscue a veteribus aeque ac recentioribus ponuntur et in eorum fabula exponenda omnia confunduntur, ita quidem, ut plurimi unum eundemque his nominibus insigniri sibi persuadeant. Sed multo aliter rem sese habere et Typhonem a Typhoeo toto distare coelo haud minus docte quam luculenter Jablonskius (Panth. Aeg. T. III, p. 59—112.) docuit, quem sequens, quae huc facere visa, commodo, uti visum est, ordine digesta apponam. Caeterum ex fabula ipsa accuratius perspecta apparebit magnam inter ipsos intercedere similitudinem, quae ansam confusioni dederit:

Graecus

a) Typhoeus nobis dicatur; i. q. τετυφώμενος, fastu inflatus. (τυφῶς quoque Eur. Phoen. 1161. turbo igneus.)

b) Est monstrum portentosum, cui centum capita; dracones ex humeris enati, nonnunquam et alae. —

c) Juno irata Jovi sola eum sine virili semine peperit; vel ex terra procreavit; vel terra cum Tartaro congressa eum edidit.

d) Inde ejus in Jovem reliquosque deos perpetuum odium, implacabilisque inimicitia.

e) Sedem habuit in Arima Ciliciae vel Syriae (ut ait Strabo) monte et ubicunque vel ignis subterraneus vel terra arida vel ventus ardens animadverteretur v. c. in Catacecaumene Asiae regione.

f) Jovi diisque reliquis bellum intulit, eosque fugavit, ut Aegyptum peterent ibique forma anima-

Aegyptium

α) Typhonem appellemus, quod est verbum Aegyptiacum, significans spiritum malignum deo bono oppositum, innuens ventum nocivum, urentem et pestilentem.

β) Nihil de forma ab humana abhorrente traditur in Aegyptio Typhone.

γ) Rheae cum Saturno et Mercurio congressae filius est, Osiridis Isidisque frater natu minor, Horo et Nephthye (Apolline et Venere) major.

δ) Hinc pro malignitate sua inprimis Osiridi est inimicus regnum ingresso.

ε) Semper in Aegypto fuit et mansit, quanquam multi scriptores, cum Graeco eum confundentes, hunc quoque varias adiisse terras contendant.

ς) Postquam Osiris ab expeditione benefica rediit, Typhon ambitione actus, adjutus LXXII. conjuratis Osi-

lium, assumta delitescerent. Typhoeus quoque in Aegyptum pergit et deos persequens ipsum se deorum primum facere vult.

ridem e medio sustulit, ejusque corpus arcae inclusum Nilo commisit discerptum, abjectis genitalibus. Quibus rebus cognitis Dii coronas sibi detraxerunt. Isis reliquos fratres ab ejus ira occultavit.

g) Tandem Jupiter fulmine ardenti pectus ejus percussit, eique, cum flagraret, montem Aetnam superposuit, qui ex eo adhuc ardere dicitur.

ζ) Postquam paucos dies regnaverat Typhon, ab Horo adjuvantibus diis impugnatus et victus Isidi traditus, ab ea dimissus, tandem denuo debellatus est et supplicium de eo sumtum.

LOCA PROBANTIA:

a) Plut. Is. et Osir. post. init. — Eustathius ad Hom. Il. A p. 157. fin. Typhonem interpretatur πνεῦμα θερμόν.

α) Explicari quidem potest hoc nomen ex lingua Aegyptiaca, ut diximus; sed tamen forsan melius statuamus cum Hellanico, Heschio ap. Ath. XV, p. 680., nomen ejus proprium fuisse Babys v. Bebon, quod Graeci, similem suam fabulam in Aegyptium daemonem malum transferentes in Typhoei nomen mutaverint, ut quidem Typhon, Typhoeus etc. idem nomen neque vero eandem esse personam et fabulam

b) Hygin. fab. 152. Apollodor. I, 6, 3. ib. Heyn. Hesiod. Theog. 820 sqq. — Pind. Pyth. I et VIII. Aesch. Prom. 352. Aristoph. Nub. 535.

c) Stesichorus in Etym. M. v. Τυφωευς. Eustath. in Il. B. p. 345. Hom. Hy. in Apoll. 334 sqq. Hes. I, c. Virg. Georg. I, 278.

d) Apollod. l. c. Hygin. l. c.

e) Hom. Il. B. 781. ib. Schol. et Schol. ad Hes. Theog. 304. Nonn. I, 141. Steph. Byz. v. Ἄριμα, ib. Holst. Graev. lectt. Hesiod. XXII, p. 120. — Pind. Pyth. I, 51. VIII, 10. Inprimis vero Strab. XIII, p. 931. Alm. ubi est Pindari fragmentum et Xanthi Lydi historici, quod exhibuit Creuzerus in fragmm. hist. p. qq.

f) Apollod. l. c. Antonin. Liberal. Metam. f. 28 et 47. Suidas v. Τυφώς. Ov. Met. V, f. 7. Nigidius Figulus ap. Schol. in Germanici Aratea p. 119, 120. Manil. Astron. IV, 580.

appareat. v. Jabl. l. l. p. 102. sq.

β) Herodot. II, 144. et alibi.

γ) Diod. Sic. I, p. 13. Plut. Is. et Osir. p. 353 sq.

δ) Diod. Sic. I, p. 18.

ε) Hoc ex omnibus his locis inter se collatis prodibit.

ς) Diod. l. l. Plut. l. l. p. 357. Nigidius Figulus l. c. Hellanicus l. c.

g) Pind. Ol. IV, 12. et l. l. Apollod. l. l. qui prius in Corycium antrum eum petrusum ait, inde elapsum postea sub Aetna monte conditum.

ζ) Nigidius, Diodorus et Herodotus ll. cc.

Ceterum Nonnum in omnibus fere fabulis, praesertim in primaria sua, omnes paene fabularum formas miscere satis notum, neque in hac nostra a sua discedit consuetudine. cf. ejus LL. I et II et Eudoxus Cnidius ap. Ath. IX, p. 492. d. e. Jul. Firm. de err. prof. rel. p. 243.—De novo Typhoeo v. Nonn. XLVIII, p. 1232, 3. Fuit quoque Typhoëi fabula olim a poëtis sigillatim tractata. Add. Boeckh. de gr. trag. princc. p. 196 sq.

V. 293. Acrisius Danaës pater, Persei avus occurrit in Eurip. frgm. Danaë, ap. Apollod. II, 2, 1. II, 4, 1. Ov. Met. IV, f. 16. Pausan. Corinth. (II.) 23. Eudoc. Violar. p. 32, 334 sqq.

V. 298. Polydorus hic, Cadmi filius non confundendus cum Hippomedontis et Priami ex Hecuba filiis Apollod. III, 4, 2. III, 5, 5.

V. 306. Agaves, Cadmi et Harmoniae filiae historia non in nostri operis cadit terminos. Conferri potest Nonni narratio XXI, 113 sqq. cum Euripidis Bacchis, Ov. Met. III, f. 9, 10, 11, et Hygini f. 184.

V. 322. Proprium hoc Nonno esse videtur; neque enim me alibi legere memini, draconis vel tauri specie Jovem Semelam adiisse. cf. Nonn. 171, 320 sqq. VIII, 343 sq.

V. 347. Clymene haec non Helenae amica (Ovid. Heroid. 17, 267) neque Aristaei Mater (Virg. Georg. IV, 317.) sed Oceani et Tethyos filia, quam Apollo amavit et ex qua Phaëtontem, Lampetiam, Phaëthu-

sam et Lampetusam genuit. cf. Hyginus, qui pluribus locis de variis hujus nominis personis mythologicis v. c. initio, f. 152, 154 etc. Ov. Met. II, f. 4. Hes. Theog. 508, 351. Apud Eudociam in Viol. p. 261. eam Ἴφιος ἡ Μινύου θυγάτρα legimus. Add. Paus. Phoc. (X) 29.

V. 355. Thyone fuit Semelae nomen, postquam mortua inter sidera (vel inter divos) recepta fuit. Plura de ea v. ad v. 409. cf. Charax ap. Anonymum de Incredibil. in Gale opusc. myth. p. 92. Thyonen cum Dione saepissime permutatam esse docuit Creuzerus in Dion. I, p. 241 sq.

V. 367. Ex Ovidii (Met. III: f. 6.) narratione necessario et clarius, quam apud Nonnum prodit, quae sequitur, Semelae mors. Ibi enim Jupiter per Stygis numina Semelae se quidquid illa petierit facturum pollicitus, Semelae precibus vinctas dare manus cogitur. Nonnus nonnisi ὀυ μενέαινεν ἐρίζειν nobis narrat, quasi non statim interrogaremus, quam ob rem non voluerit. Respondet huic quaestioni Scholiasta Eurip. ad Hippol. v. 539, dicens: Ζεὺς ἀπρονόητος γενόμενος τῷ ἔρωτι ἐπείσθη τῇ Σεμέλῃ, τὸ τῶν ἐραμένων ἀναδεξάμενος πάθος.

V. 371. Exstat monumentum egregie gemmae insculptum apud Winkelmannum (monum. antichi in-ed. N. I, 2. et descr. des pierres gr. p. 54, n. 135.) ubi Jupiter magnis alis expansis fulguribus circumdatus ad Semelam venit. Sed alia hujus operis exstat explicatio, quam Boettigerus protulit, τὸν Θάνατον, nempe istam esse formam, qui puellam in flora aetatis avocet; fulgura autem a seriori manu esse insculpta.

V. 374. Ismenus, Beeotiae fluvius, ab Ismeno, Pelasgi filio nomen ducens.

V. 382. Echion Cadmo Thebas condenti ad manum fuit, ab eoque Thebani postea etiam Echionidae dicti. Fuit unus ex quinque illis, qui e draconis a Cadmo occisi dentibus enati superstites fuerunt, Spartae dicti: Eurip. Bacch. 540 et 1273. Scholiasta ad Phoeniss. 949. ait (ex Aeschylo): οἱ περιλειφθέντες τῶν Σπαρτῶν ἦσαν Χθόνιος, Οὐδαῖος, Πέλωρος, Ὑπερήνωρ καὶ Ἐχίων, ὃς ἔγημεν Ἀγαυὴν, τὴν Κάδμου θυγατέρα, ἐξ ἧς ποιεῖ Πενθέα. Alius fuit Echion Thebarum rex, cujus filia se sacrificandam dedit ad Deos Thebis reconciliandos. Fuit et Echion Argonautarum praeco. v. Hygin. f. 176. Apollod. III, 4, 1, sq. Ov. Met. III, f. 1. Forsan hic idem cum nostro, cum Nonnus in operis decursu praesertim L. XIII. plures Argonautas simul Bacchi aequales faciat. Clemens vero Alexandrinus Strom. I, p. 382, Pott. de aetate expeditionis Argonautarum sic: ἀπὸ δὲ Διονύσου ἐπὶ Ἡρακλέα καὶ τοὺς περὶ Ἰάσωνα ἀριστεῖς τοὺς ἐν Ἀργοῖ πλεύσαντας συνάγεται ἔτη ἑξήκοντα τρία.

V. 383. Aristaeus Apollinis et Cyrenes filius usum mellis et lactis et oleae plantationem invenit: ejus historiam v. ap. Nonn. XIII, 253. V, 215. XIX, 240. XXIV, 83. XXIX, 181. e quibus locis id quoque apparet, Nonno Solem et Phoebum sive Apollinem et Hyperionem persaepe unum eundemque esse (uti et XVI, 115.) Cf. Virg. Georg. IV, 317. Athen. XIV, p. 643 b. ib. Schweigh. Barn. ad Eur. Bacch. 1368 et Schol. ad Aristoph. Equ. p. 534 ubi quoque primus silphii culturam invenisse dicitur. Apud Diod. Sic. IV, 81, p. 229 sqq. et ap. Pind. Pyth. IX, 115 dicitur et Νόμιος et Ἀγρεύς. Add. Apoll. Rh. II, 509. Oppian. Cyneget. IV, 267.

V. 384. sqq. Nephele fuit Athamantis uxor, Phrixi et Helles mater. Sed hic ei narrationi nondum erat locus,

nisi Semela fuit omnium rerum gnara et futuri praescia. Ceterum in idem vitium incurrentem videmus Nonnum L. V, 487. coll. v. 269. — Apollod. I, 9, 1. de Nephela loquitur.

V. 403. Apud Apollodorum III, 4, 3. Ζεὺς παραγίνεται ἐφ' ἅρματος — καὶ Σεμέλη διὰ τὸν φόβον ἐκλείπει; Addit Apollodorus, reliquas Cadmi filias famam vulgasse, Semelam cum mortali homine concubuisse, ideoque a Jove quem conjugem mentita sit, fulmine tactam. Apud Ovidium Met. III, f. 6. corpus mortale tumultus non tulit aethereos; apud Nonnum denique, pompae amantem, ὤλετο τερπομένη λόχιον μόρον.

V. 406. Apud Cornutum de N. D. c. 2. et Lucianum Dial. Deor. IX. dicitur ἑπταμηναῖος, apud Apollod. l. l. ἑξαμηναῖος.

V. 409. Semelen inter superos statim post mortem relatam cum Nonno Pindarus Ol. II, 44. tradidit. Apollodorus vero III, 5, 3. (ib. Heyn.) Bacchum matrem suam ex Orco in coelum duxisse ait, Thyonen exinde nominatam. Cui assentit (referens quidem, non judicans) Pausanias II, 31, 2. 37, 5. Haec est celebris illa Bacchi κατάβασις εἰς ᾅδου. Bacchus enim multis in terra rebus peractis, Peutheo punito, ipsoque inter Deos recepto, quod ἀριστείαν*) peregerit, divina mente

*) In Bacchi ἀριστείᾳ plerumque haec traduntur: 1) quod per triennium Proserpinae concubuerit; quod vitis per triennium sub terra occulti symbolum est: 2) Ejus τιτανομαχία Lycophr. Cass. 208. ib. Tzetz. 3) Ejus γιγαντομαχία, ubi deorum πρόμαχος est, leonis formâ; diis fugientibus hirci formâ assumta delitescit; 4) quod cum ex India revertenti Thraciae (vel Arabiae) rex Lycurgus restitisset, eum pervicerit. Hom. Il. VI, 130. sqq. Attamen ante victoriam sub aquis in Thetidis, uti ajunt, sinu (quod allegorice interpretantur de vino aquae affusione temperato) latere coa-

matris recordatus, quae ipsum pariens interierat, ex Orco illam reduxit. Pompa solenni, Hermete νεκροπομπῷ, Satyris Silenisque comitantibus ad Orci portam, quae fuit specus prope Troezenen, Argolidis urbem, intrat, Thyonenque ad Deorum sedes transtulit. De Semelae nomine variae sunt veterum sententiae. Fulg. Myth. II, p. 194. male ita illud explicabat, ut sit quasi σῶμα λύον i. q. corpus solutum. Ex recentioribus Clerici celebris facta est opinio, qui ad Hes. Theog. v. 940 ait: Nomen Semelae forte fuit Zemela, quod virginem viro maturam apud Thalmudicos sonat. Diodorus Siculus III, 61. ex antiquis scriptoribus haec refert: Σεμέλης γένεσιν ἐις Φυσικὰς ἀρχὰς ἀνάγουσιν, ἀναΦαινόμενοι Θυώνην ὑπὸ τῶν ἀρχαίων τὴν γῆν ὠνομάσθαι καὶ τεθεῖσθαι τὴν προσηγορίαν· καὶ Σεμέλην μὲν ἀπὸ τοῦ σεμνὴν εἶναι τῆς θεοῦ ταύτης τὴν ἐπιμέλειαν καὶ τιμήν. Θυώνην δὲ, ἀπὸ τῶν θυομένων ἀυτῇ θυσιῶν. Semelam quoque dictam ἀπὸ τοῦ σεύειν τὰ μέλη, quod vinum membra faciat vacillantia nonnulli contenderunt. Sed quid etymologiis immoremur, diu post nomen, quod explicare student, inventis? cf. Schol. in Apoll. Rh. I, 636. Diodorus Sic. V, 52, p. 367. ait Semelam prius fulmine percussam esse, quam pareret, ut Bacchus duobus immortalibus prognatus censeretur. Artemidor. Oneirocr. II, 8. ait: ὀυδεὶς κεραυνωθεὶς ἄτιμός ἐστιν, ὅθεν γε καὶ ὡς θεὸς τιμᾶται. cf. Schol. ad Eurip. Hippol. 559.

ctus fertur. v. Apollod. III. 5. cf. Nonn. XX. sub finem. Sed et in Thracum Pataecis numerabatur et in navibus collocatus mari imperitans atque ex eo invocatus fingebatur. V. Creuz. Dion. I. p. 247. sq.

COMMENTARIUS MYTHOLOGICUS

IN LIBRUM NONUM.

V. 3 Inde Bacchi epitheta *μηροτραφὴς*, *μηροτρεφὴς* (quae etiam ad indicam fabulae originem spectare possunt) *μηροῤῥαφὴς*, *εἰραφιώτης* (quod mire ap. Eudoc. in Viol. p. 221. explicatur *ἀπὸ τοὖέριν φαίνειν καὶ ἀφιέναι*). Orph. Hy. 47, 2. 51, 5. Hom. Hy. 26, 17. Diod. Sic. III, 63. V, 52. Apollod. III, 4, 3. Aristid. T. I, p. 52. Jo. Clericus in Hes. Theog. 490, qui ipsam in femur insuti fabulam ex Phoenicum sermone diligenter atque erudite explicat. — Operae pretium esse videtur mirum Tiresiae commentum apponere, quo eandem fabulam explicare studet ap. Eurip. in Bacch. 288—297. (cf. Boeckh. de gr. trag. Princc. p. 316, 320.)

> Ἐπεί νιν ἥρπασ' ἐκ πυρὸς κεραυνίου
> Ζεὺς, ἐις τ' Ὄλυμπον βρέφος ἀνήγαγεν νέον,
> Ἥρα νιν ἤθελ' ἐκβαλεῖν ἀπ' ὀυρανοῦ.
> Ζεὺς δ' ἀντεμηχανήσαθ', οἷα δὴ θεός·
> ῥήξας μέρος τι τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου
> αἰθέρος, ἔθηκε τόν δ' ὅμηρον ἐκδιδοὺς
> Διόνυσον Ἥρας νεικέων· χρόνῳ δέ νιν

βροτοὶ τραφῆναί φασιν ἐν μηρῷ Διός,
ὄνομα μεταστήσαντες ὅτι θεᾷ θεὸς
Ἥρᾳ πόθ' ὡμήρευσε, συνθέντες λόγον.

Sed si hujus fabulae de Baccho Jovis femori insuto, originem spectamus, omnis fere evanescet dubitatio de indica Bacchici cultus origine, quamquam de fabula, uti ad nos pervenit, hoc minime dixerim. Neque enim illud tantummodo argumento esse potest, quod ab antiquissimis scriptoribus testimonia nobis supersunt, quae Bacchum in India natum testantur; sed nostris quoque temporibus comperimus, antiquam esse in India fabulum de mirabili quodam monte Meru; (v. Fr. Schlegel üb. d. Spr. u. Weisheit d. Ind. p. 193. Ancient history of Hindostan T. II, p. 250. Fra Paol. d. S. Bartol. Syst. Brahm. p. 154 sqq. 139 sqq. 217 sqq.) Quid quod et ipsa thebaica fabulae forma originem ex oriente indigitat? Bacchum nempe Jovis filium esse ait ex Semela. Semela vero est Cadmi (i. e. hominis ex oriente oriundi, קדם) filia. v. Kanne Mythol. d. Grchen. p. XXXI. Dis est orientalibus numen quoddam; Herodot. I, 131 ait: οἱ Πέρσαι τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέονται. Sic et in Indorum fabulis aëris dominus Diwespeter (lat. Diespiter) dicitur. Graeci vero originis ex oriente serioribus temporibus obliti nomen Jovis (Ζεὺς) a ζῆν et θεὸς a θεῖν currere et ponere) derivabant. Ceterum de hoc nomine v. Herodot. II, 52. ib. Wessel. Procl. ad Tim. Plat. L. II, p. 95. (Pseudo-) Aristot. de mundo c. 7. Orph. frgm. 39. ubi sic:

ἔστιν δὴ πάντων ἀρχή, Ζεύς· Ζεὺς γὰρ ἔδωκε
ζῷα τ' ἐγέννησεν. καὶ Ζῆν' αὐτὸν καλέουσι,
καὶ Δία τ' ἠδ', ὅτι δὴ διὰ τοῦτον ἅπαντα τέτυκται.

Sed audiamus testes antiquissimos, ut appareat e Graecis ipsis plures fuisse, qui poëtico velamine quodam-

modo sublato rem clarius viderent. Diodorus quidem Siculus (II, 38, p. 115 ib. Wesseling.) res Indiae exponens Bacchum eo venisse ex mente hujus regionis incolarum refert. Ibi cum magnis vexati ardoribus Bacchi milites peste interirent, ducem in montana copias deduxisse, ubi aëris atque fontium medela morbo sint liberati. Deinde pergit: *ὀνομάζεσθαι δὲ τῆς ὀρεινῆς τὸν τόπον τοῦτον Μηρὸν, καθ' ὃν ὁ Διόνυσος ἐξέτρεψε τὰς δυνάμεις ἐκ τῆς νόσου· ἀφ' οὗ δὴ καὶ τοὺς Ἕλληνας περὶ τοῦ θεοῦ τούτου παραδεδωκέναι τοῖς μεταγενεστέροις, τετράφθαι τὸν Διόνυσον μηρῷ.* — Bacchum posthac, pergit referens Diodorus, fructus varios et vinum quoque Indis tradidisse, condidisse urbes, deorum cultum, leges ac judicia instituisse. cf. Nonn. XIII, init. Sed cum hac narratione conferri potest fabula quaedam Indica apud Paullinum a S. Bart. in Syst. Brahman. p. 103. qua ea quae Diodorus posuisse videtur, infringantur et quae sic habet: In sacro illo deorum monte Mahameru (Mero) domicilium constituisse Ischwaram (qui alibi et Schiwa et Devanishi, quod nomen ad *Διόνυσον* proxime accedere Paullino videtur (v, p. 133.) cum tabula gemmis variegata, in qua media lotus, innato triangulo, unde omnia gignantur, quaecunque haec rerum natura contineat; qui idem deus *τῆς παλιγγενεσίας παντὸς τοῦ αἰσθητοῦ* ab Hermia Comment. Mscr. Platonis Phaedr. nominatur praeses. v. Creuzeri Dionysum I, p. 94. cf. Arrian. Ind. I, 4. Sed Diodorus ipse quae supra argumentis destituta posuerat, L. III, 62, p. 551. retractat, dicens: *δείκνυσθαι δὲ παρ' Ἰνδοῖς μέχρι τοῦ νῦν τόν τε τόπον, ἐν ᾧ συνέβη γενέσθαι τὸν Θεὸν καὶ προσηγορίας πόλεων* (de his v. Bayeri hist. regni Bactr. p. 3, 4.) *ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν ἐγχωρίων διάλεκτον. καὶ πολλὰ ἕτερα διαμένειν ἀξιόλογα τεκμήρια τῆς παρ' Ἰνδοῖς γενέσεως, περὶ ὧν μα-*

κρὸν ἂν εἴη γράφειν. Accedit, quod et Plinius et Curtius quibus sane ex antiquissimis monumentis haurire licuit, Graecorum quasdam fabulas de Baccho ex India originem trahere contendant. Ille enim H. N. VI, 21. ita: Nec non et Nysam urbem plerique Indiae adscribunt, montemque Merum Libero patri sacrum, unde origo fabulae, Jovis femore editum fuisse, hic vero L. VIII, 10: Sita est (urbs Nysa) sub radicibus montis, quem Meron incolae adpellant. Inde Graeci mentiendi traxere licentiam, Jovis femine Liberum patrem celatum. v. ibi Freinsh. et Arr. Ind. V, 9.— Sed Arrianus exp. Al. V, 1, 9, rem plane convertit, dicens: τὸ δ' ὄρος Μηρὸν ἐπωνόμασε Διόνυσος, ὅτι δή κατὰ τὸν μῦθον ἐν μηρῷ τῷ τοῦ Διὸς ηὐξήθη. — Hemsterhusio (ad Lucianum) videtur ista fabella ex more orientalium nata, quibus ex femore sati et liberi idem significent. Quod idem statuit et Clericus ad Hes. Theog. 940. dicens: Solent Phoenices ortum cujuspiam ab alio verbis exprimere, quae sonant latine: egressus est ex ejus femore: quod perinde est ac: eb eo genitus est, vel: ab eo est oriundus, ut liquet ex Genes. XLVI, 26. Hinc nata fabula de Baccho Thebano a Jove ortum ducente: circumstantiae enim fictae sunt a Graeculis, ut rationem redderent locutionis, quam ignorabant. Vera quidem quae ultimo loco posuit Clericus cum multis in rebus, tum praecipue in Bacchico cultu. Sed haec non satisfaciunt. Statuendum potius videtur, cultum Bacchi ex India in Asiam, ex Asiam in Europam migrasse; nam ille ἐνθουσιασμὸς, qui quam maxime huic cultui inest, symbola mystica et multae aliae res Graeciam non redolent. Graeci potius id quod factum est, plane inverterunt, et quod ad eos ex India venit, a se in Indiam translatum esse narrabant. Quid vero de iis dicamus, qui uti Schneiderus ad Arr.

Ind. I, 7. contendere audent, eos qui expeditionem Bacchi in Indiam solummodo historicis Alexandri M. tribuant, non plane errare? Idem quoque Fréret (Mem. de l'ac. des Inscr. T. XXIII, p. 227) asseruit, Strabonis verbis: „ὅτι δ' ἐστὶ πλάσματα ταῦτα τῶν κολακευόντων Ἀλέξανδρον" seductus, parum reputans, Strabonem nonnisi Macedonum Alexandri cum Baccho comparationem innuere posse. Sane multo prius Graeci hanc fabulam in suam rem converterunt. Strabo XV, p. 687 sq. ed. Cas. Megasthenem quidem historicum (qui circa 304. a. C. vixit, quique a Seleuco ad Sandracottem Prasiorum Gangem accolentinm regem missus postea historiam Indicam IV. libris conscripsit, cujus nonnisi fragmenta exstant) ait fidem antiquis de India narrationibns derogare jussisse; at Herculis res gestas et **Bacchi** cum paucis quibusdam credidisse, quum reliquorum magna pars interque eos Eratosthenes fabulosa ea et minime credenda arbitrarentur. Atque omnia ista de Baccho, Hercule et Prometheo figmenta eorum esse, qui Alexandro adulari studeant, primum ex eo liquere, quod scriptores non concordent, sed alii ea referant, alii ne ullam quidem eorundem mentionem faciant. Neque vero probabile esse, res adeo illustres et ambitione plenas non esse auditas, et si essent auditae, non videri vero simile, eas memoratu dignas non fuisse aestimatas, praesertim a fide dignissimis scriptoribus. Deinde per quos Herculi et Baccho ad Indos transeundem erat, eos nullum certum signum habere, quo ostenderent, illos per eam terram transiisse, etc. — At quum Strabo l. l. praeter alia et locum Euripidis (qui est in Bacchis 14 — 18) qui centum fere annos ante Alexandri expeditionem vixit, in testimonium afferat, jam dudum apud Graecos de Baccho in Orientem expeditionibus tradi-

tionem exstitisse, (Bacchus enim ibi gloriatur, se Medos, Persas, Bactrianos, Arabiam universamque Asiam peragrasse:) Macedonibus nihil tribui posse videtur, quam eos aliquam fidem traditioni veteri addidisse. Grata vero fuit Alexandro ista de Baccho narratio, ne milites aemulatione quadam rerum a Baccho gestarum longinquiorem cum eo militiam detrectarent, ut patet, ex Arr. Exp. V, 2: 1. cf. Sancta Crucii (Sainte-Croix) examen criticum historicorum Alex. M. edit. 2 p. 90. — Ceterum bene Nic. Schow l. supr. cit. p. 5. ait: Novimus Dionysi Indica seriori aetate ex historia expeditionis. Alex. M. in Indiam a poëtis ornata (neque vero ficta) fuisse; hunc seriorum poëtarum ornatum nullibi in Nonni Dionysiacis reperimus: quare, eum ex vetustioribus saltem fontibus hausisse, vero haud absimile videtur. Nostram quae est apud Nonnum fabulam tradidere Ov. Met. Apollod. Hygin. ll. cc.

V. 10. Inde Bacchum *διμήτορα* dictum constat. Alias vero hujus epitheti rationes Diodorus Siculus refert; primam quidem L. IV, 4. p. 17. *Διμήτορα δ' αὐτὸν προσαγορευθῆναι λέγουσι διὰ τὸ πατρὸς μὲν ἑνὸς ὑπάρξαι τοὺς δύο* (intelligi vult Proserpinae et Semeles filios) *Διονύσους, μητέρων δὲ δυεῖν.* Addit haec verba sane memorabilia: *Κεκληρονομηκέναι δὲ τὸν νεώτερον τὰς τοῦ προγενεστέρου πράξεις. διόπερ τοὺς μεταγενεστέρους ἀνθρώπους, ἀγνοοῦντας μὲν τ' ἀληθὲς, πλανηθέντας δὲ δία τὴν ὁμωνυμίαν, ἕνα γεγονέναι νομίσαι Διόνυσον.* — Addere potuit, inde has fabularum permixtiones maximam partem esse enatas. Altera explicatio est apud eundem III, 61. p. 346. ubi alios aliam hujus nominis caussam tradere docet; *Μιᾶς μὲν καὶ πρώτης γενέσεως ἀριθμουμένης, ὅταν τὸ φυτὸν εἰς τὴν γῆν τεθὲν λαμβάνῃ τὴν αὔξησιν. δευτέρας δ' ὅταν καρποφορῇ, καὶ τοὺς βότρυας πεπαίνῃ.*

ὥςε τὴν μὲν ἐκ γῆς, τὴν δ' ἐκ τῆς ἀμπέλου γένεσιν τοῦ θεοῦ νομίζεσθαι.. — Tertium praeterea ortum Baccho affinxerunt nonnulli, quo ex Jove et Cerere sit prognatus, quem postea a terrigenis discerptum concinnatis denuo membris Ceres regenerarit. (Manifeste Zagrei fabulam h. l. indigitari nemo est qui non videat.) Sed et hujus fabulae rationes, ut ita dicam, physicae a nonnullis sunt prolatae, quas si lubet latius expositas vid. ap. Diod. l. c. p. 347 sq. ego paucis defungar: vitis a terra (Cerere) et imbre (Jove) augmentum nacta, vinum (Bacchum) producit. Fructus a terrae cultoribus (Titanibus) vindemiatur, sed terra (Ceres) vitem post vindemiationem et putationem ad pristinum fertilitatis vigorem reducit. cf. Phurnut. de N. D. c. 30. in Gale opusc. mythol. p. 220. Sic alii terram Thyonen i. q. Semelen appellatam ferunt. (v. quae supra ad VIII. 409. attulimus.) — Bis e Jove procreatus fingitur Bacchus, quod in Deucalionis diluvio et vitis perierit, et denuo postea regerminarit.

V. 11. De Baccho partu edito vide fontem unde posteriores fluxere narrationes in Homerici Hymni in Bacchum fragmento 25, 1—5. Sed ubi locorum Bacchum natum sive editum dicamus? Patrae; Achajae urbs, eum sibi vindicavere teste Pausania VII, 18. Et Elei (Diod. Sic. V, 52. p. 367.) et Naxii et qui Eleutheras incolunt, ut ait Diod. III, 65. p. 358 sq. ubi versus hos addit ex hymno Homerico 26. quem ex Wolfii lectione quarto versu auctum quantum huc pertinet adscribam:

Οἱ μὲν γὰρ Δρακάνῳ (Theocr. Idyll. XXVI, 33. cf. Strabo XIV, p. 947. Alm.) σ', οἱ δ' Ἰκάρῳ ἠνεμοέσσῃ
Φάσ', οἱ δ', ἐν Νάξῳ, Δῖον γένος, Εἰραφιῶτα,
Οἱ δέ σ' ἐπ' Ἀλφειῷ ποταμῷ βαθυδινήεντι

Κυσσαμένην Σεμέλην τεκέειν Διὶ τερπικεραύνῳ,
Ἄλλοι δ' ἐν Θήβῃσιν, ἄναξ, σὲ λέγουσι γενέσθαι·
Ψευδόμενοι. σὲ δ' ἔτικτε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Πολλὸν ἀπ' ἀνθρώπων, κρύπτων λευκώλενον Ἥρην.
Ἔϛι δέ τις Νύση, ὕπατον ὄρος ἀνθέον ὕλῃ,
Τηλοῦ Φοινίκης, σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων·

(Sed duorum versuum extremorum auctor esse dicitur Herodorus poëta, qui post Alexandrum vixit, ap. Schol. Apoll. Rh. II, 1215. cf. Hy. Hom. ed. Hermann. p. 153.) Afri quoque Bacchi incunabula sibi arrogabant et Linus antiquissimus poëta*) Bacchum Ammonis ex Amalthea filium ait ab hoc, ut uxoris Rheae insidiis eum subtraheret, in urbem Nysam esse translatum, ubi in antro ab Aristaeo et Minerva sit educatus, vinum plantarit, Titanes debellarit, Ammonis oraculum instituerit, omnes terrae partes cultiores reddiderit, tandem Deus pronunciatus sit. Sed et distinguenda sunt loca prioris et secundi partus.

V. 12. Inde *κισσοκόμης* Bacchus dictus, et *φιλοϛέφανος*, Liberum enim patrem primum omnium imposuisse capiti suo coronam ex hedera a veteribus dictum est. Fabula Indica multum circa hanc rem versabatur. Arr. Ind. V. — Cornutus (vel Phurnutus) de nat. Deor. ap. Gale p. 219. similitudinem hederae cum vite esse caussam ait, cur Bacchus hederam amare dicatur, et quod haederae baccae respondeant uvis. De Horis in hoc versu v. Creuzeri Dionys. I. p. 273. et quae ad VIII, 5. annotavimus.

V. 14. Similia his et fontem forsan hujus fictionis v. ap. Eurip. in Bacchis 99 sqq. (quos versus sic disponendos esse docuit Boeckhius de graec. trag. princc. p. 317.)

*) Uti refert Dionysus Milesius ap. Diodorum Sic. III, 67.

ἔτεκεν δὲ (Ζεὺς) — — — —
στεφάνωσέν τε δρακόντων στεφάνοις, ἔνθεν ἄγραν θηροτρόφοι Μαινάδες ἀμφιβάλλονται πλοκάμοις.

cf. Nonn. IX, 130. Bacchum serpentibus coronatum imitatur Ampelus ap. Nonn. XI, 58 sq. cf. Creuz. Dion. I, p. 281 sq.

V. 15. Similia Bacchi epitheto ταυροφυὴς multa occurrunt praesertim apud Orphicum v. c. idem ταυροφυὴς (quod uti ταυρογενὴς ad ea pertinere videtur quae sunt apud Nonnum VIII, 322. vel potius ad Bacchum Ammonis filium, cujus cultum Linus in Thraciam intulit) ταυρομέτωπος (Orph. hy. 45, 1.) ταυρόκρανος, ταυροκέφαλος. Lucian. dial. deor. IX, extr. etiam κεράσφορος, δίκερως, ταυρωπός, κεράς et ap. Nonnum infra v. 27. βρέφος εὐκεράοιο φυῆς ἴνδαλμα σελήνης. Hujus fabulae physicam reddere tentarunt rationem Diod. Sic. III, 62 sq. Phurnutus l. c. c. 30. p. 215; Athen. II, 38. c. ait: ἀπὸ τοῦ κατὰ μέθην δὲ κατασήματος καὶ ταύρῳ παρεικάζουσιν τὸν Διόνυσον, καὶ παρδάλει, διὰ τὸ πρὸς βίαν τρέπεσθαι τοὺς ἐξοινωθέντας. cf. quae Creuzerus V. S. ad h. l. in Dionyso contulit p. 7 sqq. et 20. quibus et Nonn. XII, 204. nonnihil lucis addere videtur, nec non Eur. Bacch. 1157. ubi simpliciter ταῦρος dicitur Bacchus. Huc quoque pertinent Athen. XI, p. 476. ib. Schweigh. Eurip. Bacch. 100, 918 sqq. 1015. ib. Barn. Plut. Is. et Osir. p. 364. E. Euphorion in Schol. ad Arat. Phaenom. v. 173. et Plut. quaest. graec. p. 299 B. — A Diodoro Siculo (IV, 4) docemur, Bacchum cornutum fictum esse confusione ejus cum Sabazio Phrygio, qui symbolum fuerit agriculturae, nocturnis sacris celebratum; hunc enim primum bobus jugo imposito sementem fecisse, inde cornutam ejus frontem fictam. Tale symbolum fuit et Hebon, Campaniae deus, viri taurique formam habens, qui in nummis Siculis nonnunquam

occurrit. cf. Creuzeri Dionys. p. 278 et quem ille laudat Eckhelium D. N. V. I, p. 136 sqq. — Aegyptiorum deus Amun (Jabl. Panth. Aeg. p. 179 sqq.), lucis, tenebris oppositae, symbolum, arietis gestabat cornua, quae et Bacchi frontem nonnunquam condecorabant. — In hymno orphico 51, 2. in quadraginta quatuor Bacchi epithetis (insatiabilis enim cognominibus imponendis Orphicorum poësis) etiam ταυρόκερως appellatur, et mystico quoque sensu accipiendus Βούκερως ille Ἴακχος in fragmento Sophocl. ap. Strab. XV. p. 687. Cas. cf. Porphyr. de abst. 5, p. 285. — In vase antiquo contra, quod excudi curavit Creuzerus ad Dionysum tab. V. Bacchus conspicitur humana forma, taurino capite pedibusque, armatus clava Plejadesque ducens. Sed non tauri tantummodo formam poëtae Baccho adscribunt. Leonem eum Horatius in gigantum pugna canit. Od. II, 19, 23. Nonnus XL, 40 sqq. pantheram, eundem, leonem, ursum, flammam, aprum, bovem, arborem, aquam ostendit cum Deriade Indorum rege pugnantem. Apud Eurip. in Bacch. 1913. chorus ei occinit:

> φάνηθι ταῦρος ἢ πολύκρανος γ' ἰδεῖν
> δράκων, ἢ πυριφλέγων
> ὁρᾶσθαι λέων.

Bacchus tauri forma occurrit in antiquissimis magnae Graeciae numis, v. Eckhel. sylloge numism. I, p. 37 sqq. Humanam ibi faciem barbatam habet. Ex his omnibus patet, cornua proprie sigillatim Baccho Proserpinae filio convenire. Ceterum αἰολόμορφον hymnus Orphicus 49, 5. Bacchum nuncupat, quo, uti videtur, indigitet, multifarie succum in plantis e terra progerminantibus, a cujuscunque natura variari. — Simulacrum Bacchi varium fuit. De antiquissima Bacchi

*) V. ad h. l. Creuz. Dion. I. p. 278. sqq.

Lesbii forma orbiculata s. circulari ad ollariorum Deorum similitudinem accedente v. Creuz. Dion. I. p. 249 sq. Effingebatur nudus, ut vini, ait Phurnutus de N. D. c. 30. p. 216, naturam ostenderet, quae secreta revelat: item puer imberbis et laetus cum corniculis in fronte: nonnunquam senex et calvus. Eudoc. Viol p. 120. πλάττεται νεὸς καὶ πρεσβύτης διὰ τὸ πάσῃ ἡλικίᾳ πρόςφορος εἶναι. Exstat simulacrum Bacchi Indici μιτρηφόρου, sinistra manu diotam gerentis, ex qua merum effundit. v. Millin Peintures de Vases antiques Tab. IX. et quae ille p. 21. addit. De Baccho clavam gerente et stolato, ejusque significatione v. Creuzeri Dion. I, p. 268 sq. Macrobius Saturn. I. Liberi, inquit, patris simulacra partim puerili aetate partim juvenili fingebantur: praeterea barbata specie; senili quoque. Coronabatur pampinis, hedera et ficulneis frondibus. Pampino quidem et ficu, ut quidam dicunt, ex memoria Nympharum Staphylae et Sycae: (de Syca Nonnus nihil; neque Staphylam cognoscit; sed Staphylum de quo L. XVII. passim v. ej. libri argum.) hedera vero ex memoria Cissi pueri, qui omnes fuerant in has plantas conversi. Effictus est quoque insidens currui pampineo et triumphans, pantheris modo, modo tigribus et lyncibus vectus. Baccho quoque attribuitur crocota v. Schol. Aristoph. Ran. 46. *)

V. 16. Pro Δράκονον quod et Stephanus Byz. habet,

*) Celebres erant Bacchi statuae Alcamenis, Myronis, Polycleti et post hos Scopae, Lysippi et Praxitelis 364. a. C. n. — Exstat quoque Bacchi hellantis imago thorace induti in opere anaglypho quod Romae servatur. (Villa Albani: v. Hirt. arthaeol. Bilderb. I. Tab. X. n. 11.) Apud Ausonium (epigr. 30.) marmoreum Bacchi signum (i. e. statua) pantheum, omnium deorum argumenta gerens, occurrit.

partus secundi locum appellat Theocritus Idyll. 26, 33. Δράκανον, quod et legimus in Hymno Homerico l. c.

V. 17. Mercurium Bacchum ulnis gestantem (Paus. III, 11 et 18. V, 17.) egregie in opere anaglypho sculptum videmus apud Zoëgam, (bassirilievi I, Tab. III, p. 20 sqq.) ibi vero Mercurius non per aërem volat, ut est apud Nonnum, sed festinanter currit, chlamyde indutus, petaso tectus. Bacchi infantis corpus fere totum fasciis est involutum.

V. 18—22. Nunc demum Mercurius Baccho nomen Dionysi indit? Unde jam diu omnes fere quae loquuntur Personae hoc nomen noverunt? A Nonno divinandi facultatem facillime illis concedente. Sed hic locus erit, quo de Bacchi nominibus (πολυώνυμος enim jure dicitur ap. Soph. Antig. 1115.) universe et de singulis disputemus. Sunt quidem plura, qnae nonnunquam epitheta tantum sunt, sed ea tantum primo loco ponenda, quae et absque alio Bacchi nomine apposito occurrant. Si enim illud agere vellem, ut omnia, quae vel in solis Orphicis hymnis Baccho adtribuuntur epitheta, recenserem et exponerem, laborem non minus longum quam supervacaneum susceperim. Eorum tamen epithetorum mentionem injiciam, quae vel sensum quendam mysticum vel alio modo Bacchi naturam exprimentem continere videantur, omissis plerisque, quae Baccho ab iis locis, quibus colebatur, *) addi solebant. A nomine Dionysi initium faciam, reliqua alphabetico ordine prosecuturus.

Διόνυσος et Διόνυξος dictus, ὅτι κέρασι γενώμενος ἔνυξε τὸν Διὸς μηρόν. Eudoc. Viol. p. 118 et p. 119 e Phur-

*) V. c. dicitur Bacchus Ogygius deus ap. Ovid. Heroid. X, 49. quia praecipue Thebis colebatur, Ogyges vero Thebarum rex et conditor fuisse traditus est.

nuto de N. D. c. 30. Δάνυσος, παρὰ τὸ διαίνειν ἡμᾶς ἠδέως, vel Διάλυσος i. q. Λυαῖος, liber pater vel ἀπὸ τῦ Διὸς ὑετοῖς κεράννυσθαι, ὅ ἐςιν ὕδασιν. Etym. M. h. v. Plat. in Cratylo p. 406. c. jocose ait: ὅ τε γὰρ Διόνυσος εἴη ἂν ὁ διδοὺς τὸν οἶνον, Διδοίνυσος. Nonni hujus nominis explicationem alibi occurrere non memini. Alias profert Barnesius ad Eurip. Bacch. 2. dicens: Nysa putatur mons Indiae, Du autem vel Dy (Dis) sonat dominum. Δεῦνος certe apud Indos regem significat: Δεῦνον δὲ τὸν βασιλέα λέγουσιν οἱ Ἰνδοί, inquit Juba apud Etymologum. Et Tzetzes: Κατὰ Ἰνδοὺς δὲ Δεύνυσσος, Δεῦνος καὶ ἄναξ Νύσσης. Nostris temporibus Indorum Bacchum, qui Shiwa dicitur, etiam Devanishi dictum comperimus, quod ad Dionysi nomen proxime accedit; et Nishada dictum locum ubi Devanishi sit natus. cf. Creuz, Dion. I, p. 258. Nonnulli autem Νῦσα per metathesin pro Sina (Sinai) ponunt, ut quidem Judaeorum Mosen per gentilium Bacchum figurari putarunt docti homines haud pauci. Prior explicatio verissima esse videtur, quod multa antiquorum confirmare videntur loca. Philostratus in vita Apollon. Tyan. II, 8, p. 56, πλησίον ἡ Νῦσα τὸ ὄρος ἐφ' οὗ ὁ Διόνυσος πολλὰ, οἶμαι καὶ θαυμάσια πράττει. Herodot. III, 97. Αἰθίοπες, — οἱ περὶ τὴν Νύσην τὴν ἱρὴν (πόλιν) κατοίκηνται, καὶ τῷ Διονύσῳ ἀνάγουσι τὰς ὁρτὰς — τέρματι μὲν χρέωνται τῷ αὐτῷ, τῷ καὶ οἱ Καλάντιαι Ἰνδοί. Hyginus, (ex tragicis) f. 179. Bacchum a Niso nutritore hoc nomen accepisse refert. Plurimi tamen in eo conveniunt, a Nysa urbe vel a Nysa nutrice hoc nomen derivandum esse. Ubinam vero est Nysa? Non est fere terra veteribus cognita, quae non hujus nominis urbem habuerit. (v. c. Thracia ap. Eudoc. in Violar. p. 118. cf. quae ad Bacchi nomen Osiris attulimus.) Sed

vix dubitari potest, quin, cum indicus sit fabulae fons, et nomen sit indicum, quamquam alii et in hac fabulae parte rem invertant, Nysam vel Nyssam urbem in India a Dionyso conditam esse contendentes v. c. Arr. Ind. V, 9. Διονύσου μέν γε καὶ Νύσσα πόλις μνῆμα εὐ φαῦλον τῆς στρατηλασίης, καὶ ὁ Μηρὸς τὸ ὄρος, καὶ ὁ κισσὸς ὅτι ἐν τῷ ὄρει τούτῳ φύεται. Idem l. c. I, 4 sqq. ait: Νυσαῖοι δὲ οὐκ Ἰνδικὸν γένος ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν ἅμα Διονύσῳ ἐλθόντων ἐς τὴν γαῖαν, των Ἰνδῶν. De Nysa et derivato inde nomine Διονύσου v. Heyn. ad Apollod. p. 563. Rittershus. in Oppian. Cyneg. I, 27. De urbe Nysa v. Mannert. Geogr. V. p. 38. et 142, Ptolemaeo eadem esse videtur quae nunc Nagar.

Αἰθιοπαῖς (in frgm. Anacreontis apud Hesychium s. h. v. cf. Fischeri Anacr. p. 410.) vel i. q. nigricans, propter αἴθοπα οἶνον vel quia in Aethiopia e Jovis femore natus dicebatur.

Ἀγαθοδαίμων; v. Philonidem medicum ap. Ath. XV. p. 459.

Ἀκρατοφόρος Phigaliae, Arcadiae urbe, dictus teste Paus. Arc. (VIII) 39.

Ἀκερσεκόμης ap. Coluthum in Ἑλένης Ἁρπαγῇ. 40.

Αἰγοβόλου v. Αἰγοβόρου Βάκχου templum fuit in Boeotia; Paus. Boeot. (IX) 8. Hirci enim Baccho sacrificari solebant in ejus festis; hinc (a τράγοις) tragoediam nomen accepisse notum est. Jam Semele mactat hircum ante Bacchum natum ap. Nonn. VII, p. 210, 23. ἐσσομένης σταφυληκομον ἐχθρὸν ὀπώρης (legendum videtur σταφυληκόμου). cf. not. ad VIII, 409.

Αἰσυμνήτης dictus in priscis Samothraciae religionibus testibus Aristot. Polit. III. 10. p. 196. ed. Conring., Hesych., Suida v. τύραννος., Beger Thes.

Brand. T. I, p. 90. In Achaja Paus. Ach. (VII.) 20, 21. cf. Creuzeri Dionysum I, p. 257 sq. et quae ille laudat loca.

Ἀνθεύς. Ἀρεύς. Paus. Ach. (VII.) 20, 21.

Inter Anaces quoque Dionysus fuit apud Athenienses, et Zagreus, Eubuleus et Dionysus Tritopatores dicti. v. Cic. de N. D. III, 21. cf. Creuzeri Dion. I, p. 160 sq.

Ἀξίτης v. Ἀσκίτης ab ἀσκὸς et Πολίτης fuit apud Heraeos. Paus. Arc. (VIII.) 26.

Bacchus. Inde Graecis et Latinis permulta verba vel Bacchi cultum vel furorem quendam bacchicum significantia. Schol. ad Aristoph. Equ. p. 311. eum appellatum dicit ἀπὸ τοῦ βακχέειν ululare et incondite clamare, uti Bacchae solebant. Βάκχος fuit quoque ὁ κλάδος, ὃν οἱ μῦσαι φέρουσι, et στέφανος; et κλαῦθμος apud Phoenices v. Eudociae Viol. p. 87. eadem ait p. 123. Bacchum ἀπὸ τοῦ βάζειν dictum. Imo et Indorum Shiwa nonnunquam Bagis (Bacchi nomini nomen simillimum) dicitur. —

Βακχεῖος praesertim in Thracio cultu ἀπο τῶν συνεπομένων Βακχῶν Diod. Sic. IV. V. p. 18. Paus. Corinth. (II.) 2. ib. Facius. Dionysum Βακχεῖον a Dionyso Semelae distinguendum esse posuit Creuzerus in Dion. I. p. 252. et probabit Vol. II.

Βακχευτὰς v. Antipatri epigr. 27. T. II. Anal. p. 116.

Βρόμιος. Phanodemus ap. Athenaeum XI. p. 465. a. b. not. Schol. ad Aristoph. Thesmoph. p. 821. παρὰ τὸ βορὰ (ὧν δηλαδὴ ὁ γενεσιουργὸς τῶν καρπῶν) βόριμος, καὶ ὑπερθέσει βρόμιος. — βρόμος οἰκεῖος τοῦ πυρὸς ἦχος. — Juliani exstat epigramma de zytho, Anthol. I, 59, 5. Τῷ σὲ χρὴ καλέειν Δημήτριον οὐ Διόνυσον,
Πυρογενῆ μᾶλλον καὶ βρόμον οὐ Βρόμιον.

Exstat fragmentum Dithyrambi pindarici hoc nomen habentis, apud Dion. Halic. *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* ed. Reiske V. p., 155. sq.

— — — Δεῦτ'
ἐπὶ κισσοδέταν θεον,
ὃν Βρόμιον ὄντ' ἐριβόαν βροτοὶ καλέομεν,
γοιον ὑπάτων τε πατέρων μέλπομεν,
γυναίκων τε Καδμείαν Σεμέλαν.

Explicat hoc nomen Eudocia in Viol. p. 87. (cf. p. 119) Βρόμος καλεῖται διὰ τὸ τοὺς πατοῦντας τὸν οἶνον, ἐκθλίβειν τοῖς ποσὶν αὐτῶν καὶ πρώτους χρῆσθαι. εἶτα καὶ τοὺς ἕως μέθης μετὰ ταῦτα χρωμένους ἀφιέναι ταῖς ἐν τοῖς πότοις παιδιαῖς. et paullo infra: ὅτι τῆς Σεμέλης κεραυνωθείσης ἡρπάγη ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ — ἐκ μέσου τοῦ πυρὸς, βρόμῳ καὶ ἤχῳ βροντῆς. — cf. Eurip. plurimis locus, inprimis Bacch. 141. ib. not. — Et Brumus dictus apud Romanos, inde Brumalia Dionysi mense Novembri.

Bonus Deus; cf. Philochorum historicum et Grammaticum ap. Athen. II. p. 39. et Philonidem medicum ap. eund. XV. p. 675. b. ib. Schweigh. Bonus Deus et Canobus et Eubuleus et priscus Serapis dictus v. Hesych. v. Εὐβουλεὺς cf. Gesn. ad Orph. Hy. 28, 8. 41, 2. 71, 3. Creuz. Dion. I. p. 228.

Βασσαρεύς: a Bacchantibus quae et Βασσαραί Orph. Hy. 44, 2. Hic fuit barbatus, neque pulcher Thebanus adolescens. Hor. Od. I. 18. Alii dicunt hoc nomine vindemiatorem insigniri. Phryx Bacchus aliis Bassareus dicitur, quia vulpium vel caprearum pellibus corpus velare solebat.

Γιγὼν dictus Secundum quosdam i. q. χορευτής v. Creuz. Dion. I. p. 245. cf. Etym. M. v. Γιγωνίς coll. Steph. Byz. v. Γιγών.

Δενδρίτης v. Creuzer. l. l. p. 246.

Δημιουργος v. mundi opifex; Procl. ad Plat. Tim. p. 165. cf. Creuzeri Dion. I. p. 40. coll. 65.

Δημήτριος; quia Ceres Bacchi (Proserpinae filii, uti Rhea avia Semeles) nutrix fingitur; ejus videlicet Bacchi qui et Zagreus dicitur. Soph. Antig. 1232.

Διμήτωρ v. Ath. II. p. 39. b. ib. Alexin poetam comicum. cf. quae attuli ad huj. libri v. 10.

Διθρύτης: quia antrum Nysaearum nympharum duo januas habuisse dicitur.

Διθύραμβος; v. Athen. I. p. 30. b. et ap. eund. XI. p. 465. a. Phanodemi fragmentum. Diod. Sic. III. 61. p. 346. f. διὰ τὸ δύο θύρας ἐμβαίνειν, vel potius quia, ut vinum prodeat, bis e tenebris vitae limen transgredi debet, e terra nempe enascens et e torculari prodiens. Barnes. ad Eur. Bacch. 526. „quasi Jovi Nymphae vel ipse Jupiter ob illum assutum femori et jam in lucem proditurum sibi inclamasset: λῦθι ῥάμμα, λῦθι ῥάμμα!“ Contorta sane explicandi ratio! Neque multo melior vel potius verior haec ap. Phurnutum de N. D. c. 30. Διθύραμβος ὁ Διόνυσος ἐκλήθη πότερον διὰ τὸ δίθυρον τὸ ςόμα ποιεῖν, διά τε τὸ ἀναφαίνειν καὶ ἐκφερομυθεῖν ποιεῖν τὰ ἀπόῤῥητα, ἢ ὡς αὐτὸς ἂν ὁ ποιῶν ἐπὶ τὰς θύρας ἀναβαίνειν τοὺς νεοὺς, ἢ ἐκβαίνειν εἰς αὐτὰς καὶ ἐκπίπτειν καὶ διασαλεύειν τὰ κλεῖθρα. — Dithyrambi primum hymni in Bacchum κύριον fuisse videntur cf. quatuor egregios Archilochi versus in Anthologia cf. quae Astius (Grundrifs der Philol. p. 93 — 95) tum de hoc Bacchi nomine, tum de dithyrambico carminum genere contulit.

Διόβακχος, Ἰόβακχος; hoc quidem in orgiis, acclamando; illud praeter ap. Nonn. IX, 182. nusquam inveni, et hoc quoque loco Ἰόβακχον legendum videtur. v. nostras animadvv. gramm. crit. ad h. l.

Δουσάρης apud Arabes i. q. οἰκοδεσπότης v. Creuzeri Dion. I. p, 258.

Εἰρήνη, cujus nominis Phurnutus de N. D. c. 50. hanc profert rationem: τῶν ἡμέρων δένδρων ἐπίσκοπο; ἃν καὶ ἐστὴρ θεὸς. ἐπεὶ καὶ διὰ ταῦτα σπονδὰς ποιοῦνται. δενδροκοποῦνται γὰρ αἱ χῶραι ἐν τοῖς πολέμοις. ἐν Εἰρήνῃ δὲ τὰ τῶν εὐαχιῶν θαλλει, οἷς ἀναγκαιοτατον ὁ οἶνος ἐςι.

Ἐλελεὺς a Bacchantium clamore, quae et Eleleides vocatae.

Εὔϊος, v. Athen. VIII. p. 563. b. Schol. ad Aristoph. Thesmoph. p. 841. c.: Εὔϊος Βάκχου ἐπίθετον παρὰ τὸ μεθίεσθαι τοὺς παλαιοὺς εἰς εὐφροσύνην καὶ ἄνεσιν ἐν τῷ τιμᾷν τὸ θεῖον. τὸ μὲν πότον ἐκαλεῖτο μέθυ; καθ' ὃ δηλαδὴ μεθιέμεθα. καὶ ὁ τοῦτο δοὺς θεὸς Μεθυμναῖος, καὶ Λυαῖος, καὶ Ἔυιος, καὶ Ἥϊος, ὡς καὶ μὴ σκυθρωπὸς καὶ σύννους, ἱλαρός. cf. Eur. Bacch. 141. ib. not.

Εὐανθὴς, floridus, ut vult Dalechampus ad Ath. XI. p. 465. a. ubi sunt Phanodemi verba; sed mavult Schweigh. scribi Ἐυαντα, ut sit nominativus Εὐάν, a Bacchantium exclamatione εὐὰν cf. Etym. M. p. 553. l. 46. Ov. Met. VI. 15. Sed apud Athenaeum quae est vulgata lectio non rejicienda videtur, cum Bacchus apud Euripidem frgm. incert. 169, 1. Φιλανθὴς et alio loco Φιλοςέφανος cognominetur.

Ζαγρεύς; proprie Jovis filius cum Proserpina draconis forma congressi v. Schol. Pind. ad init. Od. VII. Isthm. et Tzetz. in Lycophr. v. 355. Diod. Sic. V. 75. p. 419. III. 63. IV. 4. ubi Sabazius dicitur. (Schol. ad Aristoph. Vesp. p. 432.) Bacchum Zagrea a titanibus discerptum refert Nonnus VI. 174. Simili modo Aegyptiorum Osiris a Typhone laceratus dicitur. ap. Diod. Sic. I. 21. p. 58. cf. III. 61. p. 347. Quae Osiridis fabula famae de Baccho ne-

cato originem dedisse videtur: v. Creuz. Dion. l. p. 236. Apud Euripidem in Bacchis 1189. dicitur ὁ ἄναξ ἀγρεὺς, ubi Barnesius sic: scribi forsan posset Ζαγρεὺς, nam sine dubio hoc nomen Bacchi ob venationes illius fingebatur a ζα epitatico et ἀγρεὺς venator etc. Apud Nonnum Ζαγρεὺς dicitur πρότερος Διόνυσος X. 294. cf. V. 564. sqq. παλαιγενὴς Διόνυσος VI. 64. sqq. XLIV. 255. dicitur Ζαγρεὺς Διόνυσος XLVII. 29. ἀρχεγόνος Ζαγρεὺς de Icario Atheniensi dicitur eod. L. q. 65. Ζάγρεος εὔϊον ὕμνον ἀνακρούων Διονύσῳ· XLVIII. 26. Bacchus Ζάγρεϊ πανείκελος dicitur. ib. 960. sqq. de nymphis Marathonidibus dicitur: (cf. Argumentum libri XLVIII. sub finem) ἀρτιτόκῳ δὲ

Δαίμονι νυκτιχόρευτον ἐκούφισαν Ἀτθίδα πεύκην·
Καὶ θεὸν ἱλάσκοντο μεθ' υἱέα Περσεφονείης,
Καὶ Σεμέλης μετὰ παῖδα· θυηπολίας δὲ Λυαίῳ
Ὀψιγόνῳ στήσαντο, καὶ ἀρχεγόνῳ Διονύσῳ·
Καὶ τριτάτῳ νέον ὕμνον ἐπεσμαράγησαν Ἰάκχῳ,
Καὶ τελεταῖς τρίσσῃσιν ἐβακχεύθησαν Ἀθῆναι,
Καὶ χόρον ὀψιτέλεστον ἀνεκρούσαντο πολῖται,
Ζαγρέα κυδαίνοντες ἅμα Βρομίῳ καὶ Ἰάκχῳ·

cf. quoque Eur. Cretens. frgm. II, 12. Orph. frgm. ined. 22. ed. Herm. ubi ita de Διονύσῳ loquitur Olympiodorus ut Zagrea eum intellexisse manifestum sit. Add. Eudociae Violar. p. 121. et 124. Macrobius L. I. in Somn. Scip. c. 12. Ipsum autem, ait, Liberum patrem Orphaici νοῦν ὑλικὸν suspicantur intelligi. Ideo in illorum Sacris traditur Titanio furore in membra discerptus et frustis sepultis rursus unus et integer emersisse. Quibus consona apparent haec Servii in Virg. Georg. I, 166. Hinc est, quod dicitur Osiridis membra a Typhone dilaniata Isis cribro superposuisse. Nam idem est Liber pater in cujus mysteriis vannus est, — quem Orpheus a

Gigantibus dicit esse discerptum. — Ceterum cf. Creuzeri Dionysum I, p. 16, 18.

Ἥλιος, ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν. — Εἷς Ζεύς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος. Sic est in frgm. Orph. 4. Simili modo Φάνης dicitur Orph. fr. 7. Eudoc. Viol. p. 413. Jablonskius in Panth. Aeg. I, p. 130 ait: Orphici atque mystae, in quorum traditionibus latent placita atque praecepta theologiae Graecorum antiquissimae, Bacchum nihil aliud esse dictitabant, quam Solem. Quam in rem multa ex prisca illa Graecorum theologia allata videri possunt apud Macrobium Sat. I, 18. Vid. quae infra ad XII, 54. attulimus.

Ἰατρὸς et Ὑγιάτης dicitur ab Atheniensibus oraculi monitu apud Mnesitheum vel (uti Schweighäuserus in Indice auctorum vult) Alexin comicum in Athen. Deipn. II, p. 136. a. cum quo nomine conjungendum Ἰήϊος*) ap. Athen. VIII, p. 363 b.

Ἱλαρὸς dicitur ab Ephippo Comico ap. Ath. l. c.

Ἴακχος. Schol. ad Aristoph. Ran. v. 324. p. 228. ait: μία τῶν μυστηρίων ἐγκάς ἐστιν, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάδουσι, πολυτιμήτοις δὲ ἐν ἕδραις, καθὸ συνίδρυται τῇ Δημήτρι ὁ Διόνυσος· εἰσὶ γοῦν οἵπερ φασὶν αὐτὸν Περσεφόνης εἶναι, οἱ δὲ τῇ Δημήτρι συγγενέσθαι. ἄλλοι δὲ ἕτερον Διόνυσον εἶναι τὸν Ἴακχον οἱ δὲ τὸν αὐτόν. pag. anteced. Eustathii legimus verba: Ἴακχος ὁ ἐπὶ τῷ Διονύσῳ ἦχος, παρὰ τὸ ἰάχειν (Hermannus ad Orph. hy. 48, 3. ait: Ἴακχος est hymnus bacchantium, non ἰαχὸς quod sciam) καὶ Ἴακχος αὐτὸς ὁ Διόνυσος ὁμονύμιος. Arr. exp. Al. II, 16 sq.: οἱ Ἀθηναῖοι Διόνυσον τὸν Διὸς καὶ Κόρης σέβουσιν, — καὶ ὁ Ἴακχος ὁ μυστικὸς (hymnus) τούτῳ τῷ Διονύσῳ, οὐχὶ τῷ Θηβαίῳ ἐπά-

*) Ἰήϊος quoque est Apollinis cognomen apud Aeschylum in Agamemnone v. 147. ubi significat jaculatorem.

δεται. Jacchus in mysteriis Eleusiniis dictus, Cereris enim (quae Romae et Libera dicta, et cum Baccho unum idemque habuit templum) et Bacchi cultus in his mysteriis conjuncti v. Ruhnk. ad Hom. hy. in Cer. 126. Valk. ad Herod. VIII, 65. Hesych. h. v. —A Κόρῃ forsan nomen ejus Κοῦρος, vel a juvenili Bacchi Thebani forma. cf. Cas. ad Ath. V, p. 213, d.

In Καβείροις quoque Dionysus occurrit v. Creuzeri Dion. I, p. 231. cf. 151.

Καδμεῖος Δ., qui fuit ἄγαλμα διπετὲς, stipes nempe ligneus, cum eo fulmine, quo icta est Semela, de coelo delapsus. Vide Paus. Boeot. XII, cf. Creuzeri Dionysum I, p. 251.

Καταπωγὼν i. e. barbatus. Diod. Sic. III, 62, p. 350: διὰ τὸ τοῖς Ἰνδοῖς νόμιμον εἶναι μέχρι τῆς τελευτῆς ἐπιμελῶς ἀνατρέφειν τοὺς πώγωνας; idem IV, 5. p. 19: Δίμορφον δ' αὐτὸν δοκεῖν ὑπάρχειν, διὰ τὸ δύο Διονύσους γεγονέναι, τὸν μὲν παλαιὸν Καταπώγωνα (Casaub. Sat. Poes. I, c. 2, p. 49.) διὰ τὸ τοὺς ἀρχαίους πάντας πωγωνοτροφεῖν· τὸν δὲ νεώτερον ὡραῖον (Aristoph. Ran. 397. ib. Schol.) καὶ τρυφερὸν (Euseb. Chron. p. 29: γράφεται θηλύμορφος διά τε ἄλλας αἰτίας καὶ διὰ τὸν μιξόθηλυν στρατόν.) καὶ νέον. Ἔνιοι δὲ λέγουσιν, ὅτι τῶν μεθυόντων διττὰς διαθέσεις ἐχόντων, καὶ τῶν μὲν ὀργίλων, τῶν δὲ ἱλαρῶν γενομένων, δίμορφον ὠνομάσθαι τὸν θεόν. — Est et apud Pausaniam IV, 19. Bacchus γένεια ἔχων. Imaginem Bacchi barbati v. ap. Begerum Thes. Brand. T. I, p. 15 et 432.

Λαμπτὴρ. v. Pausan. in Achaic. XXVII, 1. quod nomen cohaeret cum nomine Πυρίσπορος, et a quo festum quoddam circa Pellenen celebratum Λαμπτηρία dictum, ubi et templum habuit Bacchus. cf. id. VII, 27.

Ληναῖος (torcularius, a ληνός.) Diod. Sic. III, 62, IV, 5. Leneus est Bacchi socius ap. Nonn. X, 400.

Λυαῖος et **Λύσιος** a λύω. Paus. Boeot. (IX) 16. Praesertim in Thebaica fabula.

Λιμναῖος ab Athenarum loco λίμναι, paludes, ubi aedem habebat Bacchus. v. Phanodemum ap. Ath. X. p. 437. d. e. id. ap. Ath. XI, p. 465, a. ubi et nominis origo explicatur.

Λικνίτης. De hoc nomine v. Spanh. ad Callim. in Jov. 48. et in Cer. 137. Squire ad Plut. Is. et Os. p. 88 sq. Est illud λίκνον, unde Λικνίτης Bacchus, mystica vannus Jacchi (Virg. Georg. I, 166.) purgationis animarum symbolum, et σκάφη dicta, in qua Bacchus infans portatus. Qui in pompis hanc vannum portabant, λικνοφόροι dicti. Differt ab hac vanno cista mystica, quae fuit corbis clausa in Orgiorum celebratione circumlata, ubi in foliis ficulneis jacebat φάλλος *), inerat quoque ὄφις παρείας de quo v. Schol. ad Aristoph. Plut. p. 73. De vanno et cista mystica cf. Zoëgam (Bassirilievi ant. di Roma III, p. 59. et IV, not. 126.) add. Creuz. Dion. I, p. 255 sq.

Liber, id quod Graecis λυαῖος. Seneca de tranqu. an. XV. sub fin. (cf. de benef. 8.) „Liber, inquit, pater non ob licentiam linguae dictus est inventor vini: sed quia liberum servitio curarum animum asserit, vegetatque et audaciorem in omnes conatus facit. Sunt qui dicant, quod in liberis civitatibus coleretur, eum liberum esse appellatum.“ Miram hujus nominis caussam profert Augustinus de civ. Dei VI, 9. Apud Virg. Georg 1, 7. Liberum cum Cerere annum ducere legimus. — Bacchus liberator occurrit et in Thracio de Baccho mytho et in Indica mytho-

*) De phallo v. Lucian. de Dea Syr. p. 97. et 99. ed. Bip. T. IX. cf. Clem. Alex. προτρεπτ. p. 29. ed. Potter. add. Creuz. Dion. I. p. 233.

logia est Rama populorum liberator v. Jones üb. d. Götter Griechenl. Ital. u. Ind. p. 219. versionis Kleukerianae. cf. Sancta-Crucii examen criticum etc. ed. 2, p. 589. add. Creuz. Dion. I, p. 240 sq.

Μάσαρις Bacchus apud Cares dictus, cujus nominis caussam v. in Steph. Byz. loco, quem ad huj. lib. v. 147. adscripsimus.

Μεθυμναῖος (a μέθυ.) Ath. VIII, p. 363 d. Plut. Symposiac. III, 2. p. 648. c. d. Eustath. ad Odyss. γ' p. 135. l. 32 sqq. Et a Methymnis dictus esse potest.

Μουσαγέτης. Eurip. Bacch. 408. ib. Barn. Eur. Jon. 552. ib. not. et 1125. Alterum ex Parnassi capitibus Baccho sacrum fuit. Nonn. XIII, 159. De Baccho, qui in Parnasso cum puellis Delphicis saltat choreas agens v. Eurip. Hypsip. fr. 1. cf. Diodori locum quem ad x. 28. adscripsimus. Apud Athen, II, p. 38 d. Philochori legimus verba: Διονύσου τροφοὶ αἱ Νύμφαι, ubi Schweighäuserus: Quod omnes vulgo hic dabant Μοῦσαι, id non modo constanti veterum traditioni repugnabat, Nymphas Bacchi nutrices perhibenti etc. Sed contra Creuzerus in Dionyso p. 64: Recte ille quidem ad hunc locum: quodsi tamen alibi Musarum nomen in Bacchi nutricibus dictum legas, non miraberis, si cogites Bacchum et Lydum nonnunquam dici et circa Lydica versatum, Lydos denique Nymphas dixisse Musas teste Suida s. Νύμφαι et Steph. Byz. s. Τόῤῥηβος. Caeterum constat Melpomenae et Thaliae tragoediae comoediaeque musis bacchica addita esse attributa, cum tragoedia pariter ac comoedia e Bacchi cultu enatae sint.— Cf. Zinserlingii Pythagoras-Apollon. p. 17. sq.

Μειλίχιος, apud Naxios Ath. III, p. 78. c. ex Sosibio Gramm.

Μελπόμενον Βάκχον et Κισσὸν colebant Acharnae,

Athenarum ἐπιμὸς. Paus. Att. (1) 31, quod nomen cum Baccho Musageta cohaerere videtur.

Μελαναίγίδι Βάκχῳ ab Hermionensibus certamina instituta. Paus. Cor. (II) 35.

Μύςης Διόνυσος colebatur in Arcadia prope Tegeam. Paus. Arc. (VIII.) 54.

Μώρυχος Δ. Simulacrum Bacchi, Hermae instar. V. quae de hoc nomine monuit Creuzerus l. c. p. 251.

Νοῦς ὑλικὸς dictus Liber pater apud Orphicos docente Macrobio in Somn. Scip. I, 12.

Νυσαῖος v. Νύσιος a Nysa nutrice, vel monte, vel urbe. Inde et Sileni Nysigenae dicti. Catull. 64, 312.

Νυκτέλιος ab orgiis noctu celebratis. Nonn. IX 114. Ov. Met. IV, 15. Celebrabantur cum magno musices strepitu. Plut. Quaest. Symp. IV, 5. Hesychio est νυκτελεῖν i. q. τελεῖν ἐν νυκτί. Dramatica fuere haec orgia vel mimica actio, Jovem repraesentans sub draconis forma cum Proserpina coëuntem, dicta ἱερὸς γάμος. Paus. Att. (1) 40.

Οἰκουρὸς ap. Lycophr. v. 1246. i. q. οἰκοδεσπότης.

Ὀλύμπιος. Hoc accepit a Jove ipso ἐπίθετον, quia in bello contra Gigantes Jovem adjuverat, quamquam a matre mortali partu editus Diod. Sic. IV, 15.

Osiris (Diod. Sic. I, 11 et 14.) i. e. Sol et Sirius et Phanes Eumolpus ap. Diod. l. c. Ἀςροφανῆ Διόνυσον ἐν ἀκτίνεσσι πυρωπόν; cf. Macrob. Sat. I, 18. Herodot. II, 144. coll. 42. Ὄσιρις δὲ ἐςὶ Διόνυσος κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν, Add. Plut. Is. et Os. T. II, p. 364. d. Schol. ad Oppian. Halieut. III, 48. Σείριος οὐ μόνον ὁ ἥλιος ἀλλὰ καὶ ὁ ἀςὴρ τοῦ κυνός. Euseb. praep. ev. III. 11, p. 115. Serv. ad Virg. Georg. I, 166 — Osiris, ap. Diod. Sic. I, 15. Thebas Aegypti urbem centum portarum condidisse dicitur. Nonne et hoc in caussis fuit, quare Bacchus Graecorum (ut ille fuit

Aegyptiorum) Thebis Boeotiae natus etse creditus est? Graecae cum Aegyptia fabula comparationem v. ap. eund. I, 23. ubi haec primitiva dicitur fabula, graecae vero proferuntur rationes physicae. Sed quod de Graecorum Baccho, idem fere de Aegyptiorum Osiride relatum legimus L. I, c. 15. τραφῆναι (τὸν Ὄσιριν) τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας ἐν Νύσῃ πλησίον Αἰγύπτου, Διὸς ὄντα παῖδα καὶ τὴν προσηγορίαν ἔχειν, παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀπὸ τε τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ τόπου, Διόνυσον μετονομασθέντα. cf. III, 63, 76. paullo infra et IV, 2. Aegypto Nysam attribuit, Herodotus vero II, 146. Aethiopiae. Porro L. I, c. 17. narrat, peragrasse Osiridem cum magno exercitu totum orbem hominibus frequentatum (solos Aethiopes bello non invadentem III, 3.) et plantationem vitis ac tritici hordeique sementem et zythi potus ex hordeo confectionem IV, 2. *) homines edocuisse. Osiris quoque pariter ac Bacchus III, 70. πρὸς πᾶν χρήσιμον εὑρετικὸς dicitur. Sed ad hunc Diodori locum, cum quo Tibull. I, 8. consentit, Jablonskius Panth. Aeg. T. I, p. 130. optime monuit, Aegyptios nequaquam credidisse Osiridem vitis esse inventorem et datorem. Latius ille caussas hujus rei exponit; nobis Plutarchi locum de Is. et Os. p. 353. apposuisse sufficiat, dicentis, ante Psammetichi regis aetatem Aegyptios neque bibisse neque etiam diis libasse vinum, ὡς οὐ φίλιον θεοῖς, ἀλλ' ὡς αἷμα τῶν πολεμησάντων ποτὲ τοῖς θεοῖς, ἐξ ὧν οἴονται πεσόντων καὶ τῇ γῇ συμμιγέντων ἀμπέλους γενέσθαι. — Et hoc quidem cum universa orientis philosophia quam maxime cohaeret. — Denique ap. Diod, I, 19. Osiris ex nomine Nysae Arabiae urbis, ubi educatus fuerat, ejusdem nominis urbem in India condidisse

*) V. epigramma, quod adscripsimus ad Bacchi nomen Βρομος.

ibique hederam plantasse dicitur; quibus accedit quod L. I, c. 96, legimus: τὴν Ὀσίριδος τελετὴν τῇ Διονύσου τὴν αὐτὴν εἶναι. Ceterum nomine Osiridis non semper unam eandemque personam (Dionysum) insigniri *) patet ex Diod. Sic. I, 25. ubi relatum legimus, quosdam Osirim modo Sarapin, (sed et Sarapis Dionysus dictus) modo Dionysum, modo Plutonem (qui uti Dionysus in θεῶν χθονίων numero fuit) Ammonem, Jovem, non raro Pana esse contendere. Jablonskius quidem in Panth. Aeg. I, p. 134 sqq. contra Salmasium probat, Osiridem non Bacchum esse, sed Solem. Sed et Sol dictus Bacchus, ergo quoque eum Osiride comparari potest, cum quo illi, uti vidimus, tot sunt communia, quod et ipse fatetur. Jabl. p. 120—130. cf. Schlichtegrollius (Auswahl vorz. Gemmen aus der Stosch. Sammlung I, p. 34 sqq.) ubi etiam de Typhone.— Mirum est, Nonnum Aegyptium nihil fere de Bacchi cum Osiride affinitata referre, nisi L. IV, 269 sqq. ubi sic de Cadmo:

— — — καὶ Αἰγυπτίου Διονύσου
Εὔια φοιτητῆρος Ὀσείριδος ὄργια φαίνων
Μύσιδος ἐννυχίας τελετὰς ἐδιδάσκετο τέχνης. —

Οὐροτάλ apud Arabes; Herodotus enim III, 8 sic: Διόνυσον δὲ θεὸν μοῦνον καὶ τὴν Οὐρανίην, ἡγῶνται εἶναι — οὐνομάζουσι δὲ τὸν Διόνυσον Οὐροτάλ, τὴν δὲ Οὐρανίην Ἀλιλάτ. Solis notionem in hoc nomine inesse judicat Seldenus de diis Syris II, p. 175 sq.

Ὀρθὸς B. apud Athenienses. v. Philochorum Ath. II, p. 38. c. V, p. 179. e. Hoc nomen ad vini mixtionem spectare docuit Creuzerus in Dion. I, p 273.

Ὀρίβακχος. Oppian. cyneg. I. Sine dubio a montibus, in quibus Bacchae vagabantur.

*) Tibullus I, 7. 40. Osiridem et Bacchum fratres geminos facit.

Πρίαπος apud Lampsacenos Ath. I, p. 30 b. — Apud Strabonem XIII, p. 587. Cas. Priapus Bacchi et Nymphyae filius dicitur, et ap. Paus. IX, 30. Bacchi et Veneris filius; secundum alios Bacchus Hymenaeum ex illa suscepit. cf. Lucian Dial. Deor. XXIII ib. Schol. graec. et Hemsterh. add. Eudoc. viol. p. 120.

Πυριγενής et Πυρίσπορος, Ignigena Ov. Met. IV 11. Orph. hy. 44. Diod. Sic. IV. cf. Eur. Bacch. 519, 3. Anthol. Gr. XXXII, T. IV, p. 90. ed. Jacobs. Creuzeri Dion. I, p. 252 sqq. Facile quisquis hujus fabulae caussam mythologicam reddat; ea vero non contenti veteres alias protulerunt v. c. Strabo XIII, p. 432 Cas. a regione Mysiae κατακεκαυμένῃ, ubi vinum optimum natum fertur; alii dicunt ὅτεὸ οἶνος πυρὶ ἴσον ἔχει μένος. addi potest igne (solis calore) vinum maturescere. Fuit et Methymnaeorum fama, Bacchnm cum fulmine de coelo esse delapsum.

Σοράδειος i. e. οἰνοποιὸς apud Indos ait Chares Mytilenaeus, qui περὶ Ἀλεξάνδρου ἱστορίας scripsit ap. Ath. I, p. 27 d.

Σαβάζιος; Scholiastes ad Aristoph. Aves p. 583. hoc nomen ita explicat: Διόνυσος καὶ Σαβάζιος εἷς ἐστι θεός. ἔτυχεν δὲ τῆς προσηγορίας ταύτης παρὰ τὸν γινόμενον περὶ αὐτὸν θειασμόν. τὸ γὰρ εὐάζειν οἱ βάρβαροι σαβάζειν φασίν. ὅθεν καὶ τῶν Ἑλλήνων τινὲς ἀκολουθοῦντες τὸν εὐασμὸν σαβασμὸν λέγουσιν — ὁ αὐτὸς δὲ Ὕας *) καὶ Εὔϊμος καλεῖται. (nisi forsan Εὔϊος legendum, vel Εὔϊμος idem est quod Εὔϊος.) Idem Schol. ad Arist. Vesp. p. 432. ait: Σαβάζιον τὸν Διόνυσον οἱ Θρᾷκες καλοῦσι, καὶ σαβοὺς τοὺς ἱεροὺς αὐτῶν **) (forsan: τοὺς

*) De hoc cf. Plutarchus de Isid. et Osirid. p. 493. plura exhibet Creuzerus in Dion. I. p. 269. sq.

**) Bacchus ipse quoque Sabos dictus in Asia minore, idem

ἱερεῖς αὐτοῦ.) cf. id. ad Lysistraten p. 861. Orph. Hy. 47, 1. ib. Gesn. Diod. Sic. IV, 4. Theophilus Comicus ap. Ath. X, p. 417, b. Davisius in Cic. N. D. III, 23. — Semper barbatus apparet, vestimentis ad pedes defluentibus: inde patet barbaram eo nomine hujus fabulae significari formam. Ceterum de Sabazio facile quis singularem conscriberet librum sufficiat h. l. pauca haec Strabonis verba addidisse X, p. 721. Alm. καὶ ὁ Σαβάζιος δὲ τῶν Φρυγιακῶν ἐστι καὶ τρόπον τινὰ τῆς (μεγάλης) μητρὸς τὸ παιδίον, παραδιδόμενος τοῖς Διονύσου καὶ αὐτός.

Σαώτης Δ. dictus ap. Troezenios v. Paus. Cor. (II.) 31, 37.

Σάραπις quoque Aegyptiorum cum Baccho χθονίῳ cohaeret, uti docuit Creuzerus Dion. p. 97 sqq. p. 130.

Συκίτης quasi ficuum patronus ap. Sosibium Grammat. sn Ath. Deipn. III, p. 78, c. ib. Schweigh. add. loca quae laudavit Creuzerus l. c. p. 252.

Tina v. Tinia i. e. patera, dictus Bacchus Etruscis: v. quae Creuzerus ad hoc nomen attulit in Dionyso I, p. 263. Apud eosdem in diis conjugalibus habitum esse Bacchum demonstravit idem l. c. p. 240 sq. (Aristoph. in Nub. v. 1477. ludit in voce Δῖνος).

Θρίαμβος. Varro de ling. lat. p. 69. Bip. Diod. Sic. IV, 51. Arr. Exp. Al. VI, 28, 2. — Diod. Sic. IV, 5. ait sic dictum ἀπὸ τοῦ πρῶτον τῶν μνημονευομένων καταγαγεῖν ἀπὸ τῆς στρατείας θρίαμβον εἰς τὴν πατρίδα, τὴν ἐξ Ἰνδῶν ποιησάμενον ἐπάνοδον μετὰ πολλῶν λαφύρων. Eudoc. Viol. p. 121: ἀπὸ τοῦ θροεῖν καὶ ἰαμβίζειν. Triumphum Bacchum ex idea primitiva recte appellari patet; triumphus enim est victoria, quam vis vitam vegetam reddens et regenerans de materia et

qui Zagreus. Noctu colebatur uti et in magnae Graeciae coloniis, Cumis, Crotone, Sybari.

morte naturae in temporis circuitu reportat.

Χοοπότης. Sic Possis Magnesius historicus ap. Ath. XII. p. 533. e.

Χοιροψάλης Δ. a Sicyoniis dictus. Vid. hujus nominis explicationem ap. Clem. Alex. προτρεπτ. p. 33. ed. Potter.

Ψίλας. Pausanias I ac. (III) c. 19. ait: Amyclis venerantur Bacchum, quem bene uti videtur Ψιλᾶς vocant; ψιλὰ enim Doribus sunt alae; vinum autem homines extollit eorumque animum elevat, uti ala avem. Vid. quae contra haec Heynius in antiquar. Aufs. I, p. 80. In monumentis Herculanens. T. V, tab. 7, occurrit imago Bacchi hederacea corona ornati, alisque instructi.

De Bacchi cognominibus quoque conferri potest, Ael. Var. hist. III, fin. Innumera fere Bacchi epitheta invenies apud Orphicum in Hymnis 29, 44, 45, 46, 49, 50, 51, 52, Lith. 258, Fragm. 4, et 28, 7. Eurip. Bacch. 144, 151, 282. ib. Barn. 546, 553. Schol. ad Aristoph. Thesmoph. p. 821. Operae sane facturus est pretium quisquis haec loca perlegerit, secumque horum epithetorum sensum reputaverit. Clarius inde atque insignius Graecorum ingeniorum apparebit fecunditas; patebit inprimis illud, quam longe Orphica illa mystica poesis a simplice et pulchri tantum studiosa graecorum optimae aetatis poësi differat, et quam varie haec de Baccho fabula ad omnia fere quae ad vitam et religionem spectarent, sit relata. En quaedam horum epithetorum: πρωτόγονος (in Orphicis mysteriis, v. orphicos hymnos passim*) διφυής,

*) Quia omnis generationis est symbolum, et sub hoc quidem idem quoque est cum Amore (unde et ἔρως dictus Orph. Hy. 51.) qui secundum Plat. Symp. 6, 2 deorum est anti-

τρίγονος et τριφυὴς (Indicus videlicet, Zagreus et Thebanus, vel uti Gesnerus vult: natus ex Proserpina, Semele, femore patris sui.) ἀστροφανὴς (Sic Eumolpus in Bacchicis ap. Diod. Sic. l. 11.) χρυσοκόμης (Eur. Bacch. 455, 494. Eudoc. Vol. p. 121, ibid. Hoc cognomen proprium fuit omnibus diis, qui formosi fingebantur v. c. Apollini, Amori: Pind. Ol. VI, 71. VII, 58.) οἰκουρός (v. Creuz. Dion. l. p. 258 seq.) cum quo conjungendum περικιόνιος (quia columnas Cadmeae arcis vite circumdata contra incendium et ruinam munivit. v. Orph. Hy. 45. ib. Gesn. cf. Eur. Phoen. 654 seq. ib. Vol. et Valk.) ἄῤῥητος (cujus natura fando enarrari nequit; inde hic epithetorum cumulus) κισσόβρυος, ἀρήϊος, ἁγνὸς, ὠμάδιος (quod fertur humeris Silenorum et Satyrorum? vel quod thyrsum solet gestare humero, et saepe suspensum inde cantharum? Illa vero explicatio ab Hermanno praefertur. An legendum ὁρμάδιος, — forte: impetuosus? Gesn. Sed v. Creuz. Dion. l. p. 267 seq. ubi derivatur ab ὠμὸς ex Porphyrio de abstin. p. 224. et conjungitur cum epitheto ταυροφάγος) τριετὴς (a trietericis sacris, quae primum instituta videntur, quod tertio anno, quo surculus depositus est, tricesimo mense videtur perfecta vitis. Gesn. Eandem ob caussam Bacchus cum Proserpina per tres annos concubuisse dicitur in hy. Orph. 52, 5; inde et χθόνιος *) dictus videtur.)

quissimus, cum quo et nomen ἠρικαπαῖος commune habet; de cujus nominis significatione permulta tradidere viri docti, sed satis erit legisse, quae Gesn. ad Hy. 5. attulit, cujus disputationis summa eo redit, ut sit hortorum vernus quidam praeses, auctor fertilitatis fecunditatisque, idem alias Priapus, idem Sol, Bacchus idem.

*) Bacchum χθόνιον et ἰθυφαλλικὸν eundem esse docuit

ἀμφιετὴς (a festis annuis; qualia fuere Dionysia, Lenaea etc. εὐβουλεὺς (Plut. Sympos. Probl. VII, 9. p. 1271. ed. Steph.: οἱ δὲ πάμπαν, ἀρχαῖοι, ὡς οὐδὲ τοῦ Ἑρμοῦ δεόμενον τὸν Διόνυσον, αὐτὸν Εὐβουλῆ, καὶ τὴν νύκτα δι᾽ ἐκεῖνον εὐφρόνην προςεῖπον. cf. Hesych. h. v. et Gesn. ad Orph. hy 28, 8. 41, 2. 71, 3.) παντοδυναςὴς, παιὰν· θυρσεγχὴς, σκιρτητὴς, φιλοσέφανος, χαριδότης, ἀμφιθαλὴς, ῥηξιχθὼν (vulgo Orph. hy. 49. ῥοχθίζων, quod Gesnerus ad ebriorum clamores et ructus refert) μαινόλης (cf. Phurnutus de N. D. c. 30. et Eur. Herc. fur. 1519.) τελετάρχης, μιτρηφόρος (B. Phrygius) χοιρομανὴς, θεῶν πατὴρ ἠδὲ καὶ υἱὸς, πολυπάρθενος (ob Baccharum multitudinem) πλουτοδότης (Schol. Aristoph. Ran. 479.) ἐφάπτωρ, ἐπάφιος; (ambo cognomina derivanda a. v. ἐφάπτομαι, quasi contrectator, ut sit Gesnero ad Orph. hy. fr. 15. docente i. q. πανσίλυπος et φιλάπονος. Dictus et θηλύμορφος. (quod aut cum ἠρικαπαίῳ fere idem est, aut uti Eusebius (Chron. p. 29.) ait: διὰ τὸν μιξόθηλυν ςρατόν.) Finem imponemus huic justo forsan longiori diatribae de Bacchi nominibus et epithetis, postquam memorabilem adscripserimus hymnum (ceterum nequaquam in antiquioribus ponendum) qui nonnulla satis memoria digna continere videtur, quemque nobis servavit Eudocia in Viol. p. 123.

Μέλπωμεν βασιλῆα Φιλεύϊον, εἰραφιώτην·
Ἀβροκόμην, ἀγροῖκον, ἀοίδιμον, ἀγλαόμορφον·
Βοιωτὸν, βρόμιον, βακχεύτορα, βοτρυοχαίτην·
Γηθόσυνον, γονόεντα, γιγαντολέτην, γελόωντα·
Διογενῆ, δίγονον, διθυραμβογενῆ, Διόνυσον·
Εὔϊον, εὐχαίτην, εὐάμπελον, ἐγρεσίκωμον·

Creuzerus in Dion. I. p. 237. coll. 234. ex Eudocia et Clemente Alex.

Ζηλαῖον, ζάχολον, ζηλήμονα, ζηλοδοτῆρα·
Ἤπιον, ἡδυπότην, ἡδύθροον, ἠπεροπῆα·
Θυρσοφόρον, Θρῆκα, θιασώτην, θυμολέοντα·
Ἰνδολέτην, ἱμερτὸν, ἰοπλόκον, εἰραφιώτην,
Κωμαστὴν, κεραὸν, κισσοστέφανον, κελαδεινόν·
Λυδὸν, ληναῖον, λαθικηδέα, λυσιμέριμνον·
Λύστην, μαινόλιον, μεθυδώτην, μηριόμορφον·
Νυκτέλιον, νόμιον, νεβρώδεα, νεβριδόπεπλον·
Ξυστοβόλον, ξυνὸν, ξενοδώτην, ξανθοκάρηνον·
Ὄργιλον, ὀβριμόθυμον, ὀρέσκιον, οὐρεσίφοιτον·
Πουλυπότην, πλαγκτῆρα, πολυστέφανον, πολύκαμον·
Ῥηξίνοον, ῥαδινὸν, ῥικνώδια, ῥηνοχορῆα·
Σκιρτητὴν, σάτυρον, σεμεληγενέτην, σεμελῆα·
Τερπνὸν, ταυρωπὸν, τυῤῥηνολέτην, ταχυμήνιν·
Ὑπνοφόβην, ὑγρὸν, ὑμενήϊον, ὑλήεντα·
Φηρομανῆ, φρικτὸν, φιλομειδέα, φοιταλιώτην·
Χρυσοκέρων, χαρίεντα, χαλίφρονα, χρυσεομίτρην·
Ψυχοπλανῆ, ψευστὴν, ψοφομηδέα, ψυχοδαΐκτην·
Ὤριον, ὠμηστὴν, ὀρεσιτρόφον, ὠρεσίλοιπον·

V. 28. Non occurrit apud alium hujus fabulae scriptorem nomen patris nympharum Nyseidum Lamus hic; qui Herculis ex Omphale filius dicitur, occurrit etiam apud Nonn. XXIV, 50, XLVII, 645. Nonnus eundem Lamum Hyadum patrem, quae Bacchi fuerint nutrices, appellat XIV, 147, ita ut Nonnum ne nostro quidem loco Nyseidas nymphas intelligi voluisse credamus, nam Hyades in Bacchi nutricibus quoque ponuntnr ap. Schol. Hom. Il. XVIII, 486. a Pherecyde Atheniensi. Ceterum ap. Nonn. L. XIV, v. 154 sqq. mira de Bacchi recens nati forma praedicat quae h. l. apponemus:

— — — ἀρτίτοκος δὲ (sic enim leg. vid.)
Πῆ μὲν ἔην ἐρίφῳ πανομοίϊος, ἔνδοθι μάνδρης
Κρυπτόμενος· δολιχῇ δὲ δέμας πυκνάσατο χαίτῃ

Ἀλλοφανης· δολίων δὲ χέων βληχηθμὸν ὀδόντων
Ἴχνεσιν αἰγείοισι νόθην μιμησατο χηλὴν·
Πῆ δὲ γυναικείην Φορέων ψευδήμονα μορφὴν
Μιμηλὴ κροκόπεπλος ἐν εἵμασι φαίνετο κουρὴ
Ἀρτιφανής κ.τ.λ. ut Junonem falleret, sed frustra.

Apud Hesychium ἔριφος, Bacchi cognomen apud Lacedaemonios, occurrit. Hoedum uvarum hostem, Baccho sacrificari solitum constat.) Apud Diodorum V, 52. trium nympharum nomina, quae Bacchum in insula Naxo educasse dicuntur, legimus, Φιλίας nempe, Κορωνίδος et Κλεΐδος. Hesiodus inter Bacchi nutrices recenset Κλεεΐαν eo versu, qui Theonis diligentia servatus legitur in Schol. ad Arati Phaen. v. 177.

— — — Νύμφαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι
Φαισύλη, ἠδὲ Κορωνίς ἐϋστέφανός τε Κλεεία.

Ceterum hanc narrationem de Baccho nymphis Nyseidibus, sed a Jove ipso, allato primus exhibet hymnus Hom. in Bacch. XXVI. Conferendi sunt Callixenus Rhodius ap. Athen. VI, p. 200, c. Philochorus ap. eund. II, 38, d. ib. Schweigh. Apollod. III, 4: 3. Lucian. dial. deor. IX, 2. Hygin. f. 179. 182. Philochori quidem hujus fabulae explicatio haec est: τὸν Ἀθηναίων βασιλέα μαθόντα παρὰ Διονύσου τὴν τοῦ οἴνου κρᾶσιν, πρῶτον κεράσαι διὸ καὶ ὀρθοὺς γενέσθαι τοὺς ἀνθρώπους, οὕτω πίνοντας, πρότερον ὑπὸ τοῦ ἀκράτου καμπτομένους καὶ διὰ τοῦτο ἱδρύσασθαι βωμὸν Ὀρθοῦ Διονύσου ἐν τῷ τῶν Ὡρῶν ἱερῷ. αὗται γὰρ καὶ τὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν ἐκτρέφουσι. πλησίον δ' αὐτοῦ καὶ ταῖς Νύμφαις βωμὸν ἔδειμεν, ὑπόμνημα τοῖς χρωμένοις τῆς κράσεως ποιούμενος. καὶ γὰρ Διονύσου τροφοὶ αἱ Νύμφαι (vulgo leg. Μοῦσαι· v. ad h. l. Creuzerum in Dionyso p. 64. add. Diod. Sic. IV, 4. φασὶ δὲ καὶ αὐτὰς Μούσας τῷ συναποδημεῖν; sed h. l. non nutrices ejus dicuntur, paulo post enim Silenum Bacchi τροφέα et παιδαγωγὸν appellat.) λέγον-

ται. — Exstat et Meleagri epigramma, Anthol. carm. CXI. unde patet Bacchum a Semelae morte statim Nymphis traditum fictum esse a quibusdam:

Αἱ Νύμφαι τὸν Βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλαθ' ὁ κοῦρος,
Νίψαν ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον.
Τοὔνεκα σὺν Νύμφαις Βρόμιος φίλος, εἰ δὲ μιν ἄγρης
Μίσγεσθαι, δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον.

De nymphis Bacchi nutricibus cf. Burmann ad Ov. Met. III, 314. et Is. Casaub. de satyr. poësi p. 35.

V. 38. Ut varias narrationes concinnaret, Nonnus hunc filiarum Lami furorem finxisse videtur. Alibi enim non occurrit.

V. 54. Praeter hos, quos tractamus libros Inus historia occurrit ap. Nonn. V, 557, XXXIX, 104. Fuit Ino tertio Athamantis uxor: ap. Nonn. V, 557. secunda dicitur, Nephele prima, Themisto tertia. Cum Nonno faciunt Apollodorus et Philostephanus ap. Schol. Iliad. VII, 86. hactenus, quatenus Nephele superstite Ino superinducta pellex. *) Fabulae fons est ap. Hom. Odyss. V, 333 sqq. Ejus historiam ex antiquis tragicis aliter quam Nonnus narrat Hygin f. 2. aliter quoque Pindarus Ol. II, 51 sqq. Ipsam cum filio Melicerta (Leucotheam et Palaemonem Eud. Viol. p. 276.) canunt, non enarrantes ejus historiam, hymni orphici 73 et 74. Cum Nonno eosdem auctores (veteres cyclicos) secuti videntur Apollodorus III, 4, 3. cf. I, 9, 1. Zeno Cittiaeus ap. Ath. V, p. 186, d. ib. Schwgh. Possis Magnesius historicus ap. eund. VII, p. 296, c. Eudoc. Viol. p. 238. Pausan. Lac. (III.) 24. Att. (I) 44 et 22. Eurip. Medea 1284. ib. Schol. et Bacchae passim; Philostràt. icon. II, 16. Tzetzes ad Lycophr.

*) Inde corrigenda Saxii Tab. III. regni Thessalici, ubi laudato Apollodoro, Ino primo loco, ante Nephelam, ponitur. Ibidem vitiose scriptum legitur Phryxus, pro Phrixus.

329 ait, in insula Tenedo Palaemoni liberos esse sacrificatos; de mystico Inus cultu v. Liban. orat. 19, p. 225. Exposuit etiam duobus modis hanc fabulam Scholiasta ad Aristoph. Vesp. p. 532.

V. 56. De Melicerta praeter ea, quae ad Inus historiam attulimus, et quae in hoc Nonni libro sequuntur, conferri potest idem XXXIX, 230, XLIII, 452 Possis Magnesius l. c. eum mutato nomine Glaucum appellat; p. autem 257, a. legimus alios dicere, Melicertae amore flagrantem Glaucum in mare se praecipitasse. Melicerta deus Marinus Graecis dictus Palaemon, Romanis vocabatur Portunus s. Portumnus. Ovid. Fast. VI; 574. Cic. N. D. II, 26. quasi sit portuum tutor. In memoriam Inus et Melicertae ludi Isthmici instituti dicuntur (ap. Apollod. III, 4, 3.) alii in Neptuni honorem eos celebratos ajunt.

V. 67. Hoc quoque loco, uti assolet Nonnus Solem cum Phaëtonte confundit.

V. 68. Junonem quoque ταυρώπιδα fingit Nonnus? Mire sane; sed eadem symbolica inesse videtur notio, quae apud Jovem et Bacchum.

V. 77. Penthei historiam universam complectitur Euripidis tragoedia Bacchae, ubi quoque conferendae sunt notae ad actus primi initium, ad vv. 1068 et 44, ubi Barnesius laudat Theocriti Idyllium Ληνάι v. 26 Ἐξ ὄρεος πένθημα καὶ οὐ Πενθῆα φέροισαι, videri enim nomen ei inditum futuri casus προσημαντικόν. Sic et Eur. Bacch. 568. Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις. cf. 508. Mortem Penthei latius descriptam legimus vv. 1023—1050. v. 1153. dicitur e dracone natus cum tamen nonnisi e dracone nati Echionis filius fuerit. — Apud Ovid. Met. III, 714. Pentheus matri aper videtur, ap. Euripidem leo. cf. Nonn. XLIV. et quod addidimus argumentum. Clarius ex hac fabula, quam

ex ullo alio loco apparebit, Nonnum nequaquam tragicos, sed antiquos potius poëtas epicos et cyclicos prioresque esse secutum Alexandrinos, quamquam non potuerit non fieri, ut etiam cum tragicis multis in rebus consentiret. Apollod. III, 5, 2. Philostr. icon. I, Virg. Aen. VII, 385 sqq. Senec. Oedip. 404 — 508.

V. 81. Galatea Nerei et Doridis filia a Polyphemo amata Acidem ei praetulit, quo iratus ille in Acidem immani saxo conjecto eum occidit. cf. Nonn, VI, p. 196 sq. et alibi, ubi semper est Dea marina, neque de ejus historia quidquam affertur. add. Ov. Met. XIII, 742.

V. 97. Nusquam alibi, quam apud Nonnum h. l., p. sequ. et XIII, 141. Mystis ita occurrit, ut sit personae nomen, Bacchum gestantis.

V. 102. De antris Bacchicis, postea in Bacchi festis celebratis, et de Bacchicorum ludorum crepundiis v. Socratem Rhodium ap. Athen. IV, p. 148. l. c. cf. Paus. V, 19. ubi hoc antrum in celeberrima illa arca Cypseli effictum fuisse legimus. Ceterum antrorum Bacchicorum mentio per totam hanc fabulam latissime patet; quem locum, notionis, quae in ea re inest, respectu habito illustravit Creuzerus in Dionyso T. I, p. 297. sq.

V. 107. Bacchus ludens ejusque ἀθύρματα varie postea celebrata sunt; cf. Clem. Alex. προτρεπτ. p. 15. ed. Potter: Ὀρφεύς φησιν ὁ Θρᾴκιος·

Κῶνος, καὶ ῥόμβος καὶ παίγνια καμπεσίγυια,

Μῆλα τε χρύσεα καλὰ, παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων —

Addit, ἀςράγαλον, σφαῖραν, ςρόβιλον, ἔσοπτρον, πόκον. Apud Arnobium adv. Gent. IV, p. 485. (in bibl. max. patrum T. III.) in Bacchi crepundiis enumerantur tali, speculum, turbines, volubiles rotulae, teretes pilae et virginibus aurea sumta ab Hesperidibus

mala; apud Irenaeum quoque corollae. His vero locis de Baccho ludente et inter lusum a Titanibus oppresso, atque discerpto sermo est.

V. 40. cf. Eur. Bacch. 141. et quae ad Bacchi nomen Evius attulimus.

V. 114. Num h. l. jam Bacchi orgia? Immo vero Cybelae (vel Sabazii) noctu celebrata; sed erat magna quaedam similitudo inter Cybelae et B cchi orgia; saepius enim conjunguntur; v. c. Eurip. Bacch. 996. *περὶ σὰ Βακχι᾽ ὄργια, ματρός τε σᾶς* et vv. 76—79. De hac similitudine v. Böttigerum in Archaeol. Museum I, p. 80. Quantae beatitudini initiationem sibi esse Graeci censuerint ex innumeris patet locis, optime vero ex Eurip. Bacch. 73 sqq. Add. 486. ib. Barn. 133, 58, 693. Ex Eur. Jone 550. et Eudoc. violar. p. 122.

V. 116 sq. *Ῥόπτρον* fuit instrumentum musicum Corybantum, uter inflatus cum annulo aureo, qui loris vertebatur et in aërem vibrabatur. Apollon. Rh. I, 1109. Diogenes tragicus in Semele tragoedia ap. Ath. XIV, p. 636, a. Octo Saltatores et saltatrices Bacchicas, *θύρσῳ, ῥόπτρῳ* et *κυμβάλοις* exstructas v. ap. Zoëgam (bassirilievi I, Tabb. V et VI, p. 24. Apud Strabonem X, p. 719. legimus: *Πίνδαρος ἐν τῷ διθυράμβῳ μνησθεὶς τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ὕμνων τῶν παλαιῶν καὶ τῶν ὕστερον, μεταβὰς ἀπὸ τούτων φησί·*

σοὶ μὲν καταρχὰς, μάτερ, πάρα
μεγάλοι ῥόμβοι κυμβάλων,
ἐν δὲ κελλάδων κρόταλα
αἰθομένα δὲ δαῒς ὑπὸ ξάνθῃσι πεύκαις·

τὴν κοινωνίαν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ἀποδεχθέντων νομίμων παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ τῶν παρὰ τοῖς Φρυξὶ περὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν συνοικείων ἀλλήλοις. Cymbala erant concava, atque inter se concussa tinnitum acutum da-

bant et pungentem veluti animos. Ov. Met. V, 704. Fast. IV, 189.— Zoëga bassiril. ad Tab. XIII et XIV. putat, tympanum, cymbala et crotala (Eud. Viol. p. 369. Eur. Bacch. 58 et 124 sqq.) ad id in Cybeles cultu esse usurpata, ut clangore malos daemones pellant. Sed Symbola potius illa putanda. Quare enim Dea ipsa tympanum semper manu gestabat? Respondet Augustinus de civitate Dei VII, 24. dicens: quod tympanum habeat, significari esse orbem terrae. Aliis tympano in ejus manu significari videtur Rheae in Attyem pastorem amor, quia tympana, crotala etc. pastorali vitae sint propria.

V. 122.— 124. De thyrso multi scriptores multa protulerunt. Equidem paucis defungar, cum hac in re non inter se discrepare videantur. cf. Diod. Sic. III, 64. Seneca in Herc. fur. ait: tectam virenti cuspidem thyrso gerens; et Justinus Martyr loco quodam: *αἱ Βάκχαι διὰ σχήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις περιφέρουσιν*. Eodem modo Nonnus loquitur; Bacchi vero hostibus semper miraculum videtur, quod Bacchae thyrso tantum efficere valeant. Thyrsus vocatur Eur. Bacch. 25 et 80. *κίσσινον βέλος* et v. 308. *βάκχιον κλάδος*. Thyrsi enim hastile ramulus vitis fuit, foliis hederaceis obvolutus. Inter folia latuit cuspis. Catull. nupt. Pel. et Thet. 256. Ov. Met. XI, 9. Dicitur *ὁ θύρσος* et *τὸ θύρσον*, ut est in epigrammate quod Barnesius ad Eur. Bacch. 80 laudavit. Ov. Met. XIII, 33. pampinam hastam thyrsum appellat. Operae pretium facturus est, qui de thyrso Schneideri appendicem ad Lex. Gr. h. v. perlegerit, cum quo ego cum maxime et in eo facio, quod contendit, in bacchico cultu (neque voro alibi) *τὸν θύρσον* et *τὸν νάρθηκα* promiscue usurpari; quod etiam patet ex proverbio illo, quod infra subjecimus, quodque nonnunquam

ita effertur; πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι etc. Thyrsi speciem gemmis expressam v. ap. Periz. ad Ael. V. H. III, 18. cf. quoque Musgravius ad Eurip. Bacch. 703. In pompa bacchica Ptolemaei Philadelphi a Callixeno Rhodio descripta ap. Ath. V, p. 201, e. thyrsus nonaginta cubitorum circumferebatur. De hac pompa pluribus loquitur Zoëga bassiril. II, p. 55. Tab. VII, ubi etiam magnus crater bacchicus conspicitur, de quo vid. Creuzeri Dionysum T. I, p 86 sqq. ubi optime de illo disputatum est; solum hoc addam, Zoëgam quoque craterem a Sileno portatum exhibere l. c. II, Tab. X. — Ceterum de θυρσοφορίᾳ tritum illud proverbium: πολλοὶ μὲν θυρσοφόροι, παῦροι δὲ Βάκχοι: de iis dictum, qui cum virtutis insignia gerant, vera tamen virtute carent. cf. Plat. Phaedon. Sect. 13.

V. 126, 127. Νέβριδες occurrunt ap. Eur. in Bacch. 24. ubi Bacchi dicuntur vestimentum cf. 176. et Schol. ad Eur. Phoen. 798. οἱ μαινόμενοι τὸ δέρμα αὐτῶν κατατέμνοντες, ποικίλον ποιοῦσιν· οἱ σώφρονα μανίαν μαινόμενοι τῷ κατασίκτῳ τῆς νεβρίδος σοφίζονται τῆς μανίας το σχῆμα. Apud Diod. Sic. I, 11. haec verba memorabilia legimus: φασὶ δέ τινές καὶ τὸ ἔναμμα αὐτῷ τὸ τῆς νεβρίδος ἀπὸ τῆς τῶν ἄστρων ποικιλίας περιῆφθαι. cf. Eurip. Hypsipyle ap. Macrob. Saturn. I, 18. Eudoc. Viol. p. 122. ait: αἱ δὲ Διονυσιακαὶ νεβρίδες, τὴν τῶν σαφυλῶν ἐν χρόᾳ αἰνίττονται πολυειδείαν· πολύχροοι γὰρ καὶ αἱ νεβρίδες, καὶ ποικίλαι τοῖς σίγμασιν. ἢ καὶ τὸ τῶν μεθυόντων ὑπεμφαίνουσιν ἀγεννές. — — ἢ καὶ διότι ποικίλοι τὰ εἰς νοῦν διὰ τὸ εὐμετάβολον, οἱ μεθύοντες. Sed his omnibus, video, noster locus non plane explicatur. Neque ego quid Nonnus versu καὶ—καθάψας ibi velit satis intelligo. Obtulit se quidem locus Aristot. in Poet. c. XXI, §. 12, p. 55. ed. Herm. Λέγω δὲ οἷον, ὁμοίως ἔχει φιάλη πρὸς Διόνυσον καὶ ἄσπις πρὸς

Ἄρην· ἐρεῖ τοίνυν καὶ τὴν ἀσπίδα φιάλην Ἄρεως καὶ τὴν φιάλην ἀσπίδα Διονύσου. cf. Herm. not. et Wyttenbach. ad selecta hist. Graec. p. 375. Sed et hic parum praesidii, neque huic loco ad nostrum interpretandum multum tribuo. Similes locos v ap. Nonn. XI. 233. 353.

V. 133. Idem narrat Apollod. III, 4, 3.

V. 141. Orphicus Phanes h. l. positus videtur pro Solis Deo cujus formam Mercurius assumserit, uti et v. 157.

V. 146. Nonnus Bacchum h. l. nonnisi κερασφόρον υἷα appellat, Apollodorus vero ait III, 4, 3. *) Διόνυσον δὲ Ζεὺς εἰς ἔριφον ἀλλάξας τὸν Ἥρας θυμὸν ἔκλεψεν etc. inde ab Inone, cui Juno injecerat rabiem, Mercurium Bacchum ad Nymphas Nyseidas in Asia habitantes detulisse, ibique Bacchum vite inventa a Junone furiosum redditum, pererrasse Aegyptum et Syriam; primum illum a Proteo Aegyptiorum rege receptum, tum in Cybelam Phrygiae montem delatum, furore liberatum esse a Rhea, quae mysteria eum docuerit III, 5, 1.

V. 147. Cum tam arcto juncti sint vinculo Bacchi et Rheae cultus, paullo latius de ea hac data occasione disseremus **). De Rheae nominibus v. Barn. ad Eur. Bacch. 79. Dicta est primum magna mater, tum Cybele, Cybebe et Cybe (Serv. ἀπὸ τοῦ κύβεσθαι τὴν κεφαλὴν, quod sacerdotes facere solebant. Schol ad Il. VI, 130.) Steph. de urb. v. Μασταύρα ait: Μᾶ δὲ τῇ Ῥέᾳ εἵπετο, ᾗ παρέδωκεν ὁ Ζεὺς τὸν Διόνυσον

*) Cf. Nonn. XIV. 154. sqq. quem locum ad v. 228. huj. libri adscripsimus.

**) Rhea nomen habere dicitur a ῥεῖν. quod ex ea Saturni (Κρόνου, quasi ab ἐκ et ῥεῖν) uxore et Deorum matre omnia effluxerint; vel ut alii volunt, a ῥεῖν, cum impetu ferri ut est ap. Demosth. de cor. p. 272. ed. Reisk.

τρέφειν· καὶ ἡ Μᾶ παρὰ τῆς Ἥρας ἐρωτηθεῖσα, τίνος εἴη τὸ βρέφος, Ἄρεος ἔφη. καὶ παρὰ Καρσὶν ὁ Διόνυσος Μάσαρις ἔνθεν ἐκλήθη. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἡ Ῥέα Μᾶ. καὶ ταῦρος αὐτῇ ἐθύετο παρὰ Λυδοῖς, ἀφ' ἧς ἡ πόλις (Μάσαυρα). Dicta et Agestis, Angistis etc, (Strabo X, p, 719.) Δινδυμένη (Herodot. I, 80. Apoll. Rh. I. 1125. a monte Phrygiae Dindymo. Virg. Aen. IX, 617.) Pessinuntia (Apulej. Metam. 11, p. 262.), Isis (ib.), Berecyntia (Virg. Aen. VI, 784.), Sipylene (in nummis Smyrnaeis. Eckhel. doctr. num. vett. II, p. 534.), Phasiana (Arr. peripl. pont. Euxini p. 9.); Mater Deum magna Idaea (Liv. XXIX, 8, al. 10.), Γῆ, Tellus dicitur Urani conjux, Rhea Saturni uxor Jovisque mater, nonnunquam Ops, quae Romae separato a Tellure sacraria habuit; Migale (forsan i. q. μεγάλη; unde ludi Megalesia. Fasti praenest. ap. Foggini p. 108.) Πλακιάνη quoque, Ἀνδειρήνη, Ἀσπορήνη, Mygdonia, Κιμμερὶς θεὰ etc. a variis locis, quibus colebatur; etiam ἰσοδρόμη μήτηρ. Quidam Cererem quoque cum Rhea confundunt: Pausan. VIII, 37. Clem. Al. προτρ. II, p. 13. Orph. Arg. 22. ej. Hymn, 40. praesertim Eurip. Hel. 1318. ib, Barn.: quia Δημήτηρ nihil aliud sit quam δᾶ (dorice, pro γῆ) μάτηρ. Eur. Bacch. 275 sq. — Dicitur et Hippa Bacchi nutrix cf. Procl. in Plat, Tim. II, p. 124, 25. Orph. Hy. 48; et Macris Nonn. XXI, 192. Hyades quoque in Bacchi nutricibus recenset Ov. Fast. V, 167. Pherecydes Atheniensis ap. Schol. Hom. Il. XVIII, 486. cf. Sturzii Pherecydea p. 114. et Plejades idem Pherec. ap. Schol. Germanici qui Arati phaenomena in latinum sermonem transtulit, ad v. 255, p. 65. ed. Buhlii. cf. Creuz. Dion. I, p. 275. De Cybela ejusque cultu v. quoque Lucret. II, 598—642.

§. 162. Corybantum a Curetum *) historia separari nequit, nam ab omnibus fere scriptorihus vel conjunguntur vel promiscue ponuntur, vel ita distinguuntur apud hunc, ut apud illum contrarium plane audias. Inquiramus primum in Corybantes. De his quidem Diod. Sic. V, 49 ait: eos nomen accepisse a Corybante, Jasionis e Cybele filio, qui matris Deorum cultum in Asiam transtulerit, matrisque sacra cum lymphatico furore obeuntes Corybantes de se nominarit. Sed jam hymni Orphici, qui, nisi antiquissimi sunt, antiquissimas tamen saepissime nobis fabulas servasse videntur, jam Strabo in longa de ambobus diatriba nesciunt, quomodo Corybantas a Curetibus separent, et Nonnus hac quoque in fabula summa imis confundens deprehenditur. Audiamus vero testes. Primum Orph. Hy. 38. docet: Corybas, qui et Κυρβᾶς, duos fratres occidisse fertur. Apud Nonnum XLVI. 16. Jupiter Corybantum pater dicitur, cum tamen iidem, docente alia fabula, tympana prope Jovem recens natum pulsarent, ne Saturnus infantis vagitum audiret. Hymnus vero Orphicus 30. Curetibus talia indit epitheta, ut Bacchi orgiorum comites fuisse appareat, nihil addens de Corybantibus, quod statim fit hy. 37. cf. Eurip. Bacch. 120, 122. ib. Musgr. Strabo X, p. 723. Alm. hoc nos edocet: Ὁ δὲ τὴν Φορωνίδα σέψας (leg. γράψας, qui Hellanicus fuit, vel ut alii volunt Hecataeus) αὐλητὰς καὶ Φρύγας τοὺς Κουρῆτας λέγει· ἄλλοι δὲ γηγενεῖς καὶ χαλκασπίδας. ὁ δ᾽ οὐ τοὺς Κουρῆτας λέγει, ἀλλὰ τοὺς Κορύβαντας Φρύγας, ἐκείνους δὲ Κουρῆτας. (eg. monente Casaub. Κρῆτας) Ut paucis Strabonis sententiam complectar: alii volunt, Mi-

*) Curetes quidem jam ap. Hom. Il. IX. 5. 30. occurrunt sed nequaquam his, quos tractamus, similes, sed gens bellicosa circa Calydonem Aetoliae urbem pugnans.

nistros Rheae a Titanibus datos esse Corybantes; Curetes apud Cretenses dicti Jovis alumni et custodes. Quidam novem Telchines Rhodios, qui Rheae in Cretam proficiscenti fuere comites, ibique Jovem educabant, Curetes vocant; Corybantes contra esse daemones Minervae ex Sole filios; eosdem aliis esse Saturni filios, aliis Jovis e Calliope; iidemque Cabiri dicuntur. cf. Bacchi nomina s. v. Καβεῖροι. Cabiris ab aliis a Berecyntio monte Cabiro nomen indutum fertur; contra ea Curetes Hecates dicuntur ministri iidemque Corybantes, quod nomen accepere ἀπὸ τοῦ κορύπτοντες βαίνειν ὀρχηστικῶς. (Idem nomen Casaubonus mire derivat, ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τὸ κόρυ βαίνειν, cum nulla sit corporis motio μανικωτέρα.) Diatriba haec est ap. Strab. X, p. 710—726. Alm.— Curetes nonnullis sunt viri muliebri habitu, Graecis κόραι dicti. Quid vero sibi vult Ovidius Met. IV, 282. dicens: largo satos Curetas ab imbri? Antiquam sane fabulam ob oculos habet, cujus tamen nusquam inveni vestigia. Cf. de iisdem Schol. ad Aristoph. Lysistr. p. 872. et ad Pac. p. 641. Nonnum XIII, 136—158. Apollod. I, 3. ib. Heyn. p. 36. Sturz ad Pherecydis frgm. p. 152. Ap. Hygin. f. 139. Corybantes tympanum invenisse dicuntur ap. Eur. Bacch. 124. sq.

V. 188. In numis Cycicenis apud Eckhelium Doctr. num. vett. II. p. 451. et in numis Lydiae III. p. 94. Bacchus conspicitur a Centauris bigis vectus.

V. 214. In Ortygia insula nata est Diana, Apollo in Delo, Hom. hy. in Ap. 16. Alii vero volunt Delum, in qua Latona et Dianam et Apollinem enixa sit, alio nomine Ortygiam esse dictam. Spanh. ad Callim. hy. in Apoll. 59. et Del. 255: Sed optime Wolfius illum, quem laudavi, Homeridae versum uncis inclusit, nam eundem legimus in hymno Orphico 34,

5. ubi suo loco stare videtur. Ceterum e comparatione homerici hymni et Orphicorum 33 et 34. optime dignosci poterit, quanta intercedat differentia inter homericam illam poësin simplicem et orphicam epithetis intumescentem et fere oppressam.

V. 228. Idem narrat Apollodorus I, 3, 5, qui tamen Homerum contradicere confitetur, Vulcanum Jovis ex Junone filium dicentem.

V. 232. De Maja Plejade, Atlantis e Pleione filia, quae Jovi Mercurium peperit, Arcadis quoque nutrix fuit, ideoque a Junone persecuta a Jove vero in stellam mutata est vid. Hom. Hy. in Merc. Hes. Theog. 938. Nonn. XXXVIII. 587 et XLVII. 703. Apollod. III. 10. 2. Schol. ad Odyss. XXIII. 198.

V. 245. Athamantis, Aeoli filii et patris Phrixi et Helles, historiam latius expositam v. ap. Ath. XIII. p. 560. d. Schol. ad Aristoph. Nub. p. 138. quae plane a Nonni narratione discrepat. Ibi enim Athamas, cui Nephele dea Phrixum et Hellen pepererat, eam relinquit, et mortalem ducit uxorem. Nephele irata punit ejus regionem ariditate. Nova Athamantis uxor persuadet iis, quos ille ad consulendum de hoc malo Apollinem miserat, (e medio nempe tollere Nephelae liberos cupiebat) ut renunciarent, nonnisi Nephelae liberis sacrificatis Deos propitios fore. Athamas eos a gregibus arcessi jubet, sed aries humana voce consilium hoc illis aperit. Aufugiunt arieti inequitantes; prope Abydum in mari Helle suffocatur. Phrixus Colchida venit ibique arietem χρυσόμαλλον Marti et Mercurio sacrificat. Athamas denique ad Jovis aram paene ipse mactatus vix ab Hercule servatur. — Conscripserat Sophocles duas tragoedias, Athamantis nomine inscriptas. cf. Hygin. f. III. qui eodem modo, quo Nonnus fabulam refert; paullo aliter Apollodorus I,

9, 1 sq. ib. Heyne p. 153 sqq. Pausan. Att. (I) 44. Boeot. (XI.) 34.

V. 251. Pythonem sergentem post diluvium Deucalionis terrae limonetum, Juno in Latonam e Jove gravidam misit. Latona fugiens in mare se praecipitat eodemque loco Neptunus statim Delum insulam emergere jubet. Latona in ea servata atque occulta fuit. Apollo, quem pepererat, sagittis a Vulcano acceptis serpentem occidit eoque facinore ludis Pythicis originem dedit. Pellem serpentis superinduit tripodi oraculi Delphici. Ov. Met. I, 415 sqq. Hygin. f. 140. add. quae Heyne ad Apollod. I, 4, 1. p. 44 sqq. ex mythi fontibus contulit. v. c. Callim. hy. in Delum.

V 271. Quid sit πανοπηΐς φωνὴ haud decernere autim; nisi forsan vox vaticinans intelligenda sit cum Πανόπη ap. Hes. Theog. 250. sit una ex Nerei filiabus, omnibus vero Diis Deabusque marinis (quod docti observarunt viri) insit vaticinandi donum.

V. 287. Corycides nymphae a Parnassi antro Corycio nominatae, cui Corycia nympha ab Apolline amata ibi habitans nomen indiderat. cf. Barn. ad Eur. Bacch. 339. Pausan. Phoc. (X) 6, 32. Sophocl. Antig. 1140. ib. Schol. Apud Apollod. I, 6. Corycium antrum in Cilicia fuisse legimus. Describitur ap. Strab. XIV, p. 670 sq. et IX, p. 417. Cas. et ap. Pomp. Melam. I, 13.

V. 305. Themistus historiam refert quoque Apollod. I, 9, 2. Hygin. f. 1. Filii Themistus sunt Plinthius et Orchomenus (Hyg. f. 231.) Sed differunt scriptores in enarrandis Athamantis uxoribus, utrum Ino an Themisto prior fuerit. Nonnus Apollodorum magis vel potius Apollodori fontes sequitur; sed et ab Hy-

gini fab. IV. parum differt. — Hypsus pater Themistus occurrit ap. Hygin. f. 239 et 243.

V. 517. Non confundendus hic Porphyrio cum Gigaate ejusdem nominis a Jove et Hercule interfecto Apollod. I, 6, 1. Pind. Pyth. 8, 15. Hor. Od. III, 4, 854.

COMMENTARIUS MYTHOLOGICUS
IN LIBRUM DECIMUM.

V. 35. De Eumenidum vi atque immanitate non exstat clarior imago, quam quae in Aeschyli Eumenidibus conspici potest; frustra alius scriptor illam superare conaretur, nisi horrorem potius, quam sensum ejus, quod sublime est et grave, excitare velit. Ceterum de Eumenidibus suo more egerunt Apollodorus I, 1. Fulgent. Mythol. I, p. 164.— Hes. Theog. 85 sq. eorum nomina nondum novit, sed qui Argonautica conscripsit Orphicusv. 966.— Aeschylus ap. Schol. Lycophr. 406. eas noctis filias dicit cf. Orph. hy. 68, 69.

V. 54. Sic Hygin. f. 4. ubi vero Juno furoris caussa est, quae, quaecunque Jovis amores adjuvarent, odio prosequebatur, nec innocentibus familiarum partibus parcebat.

V. 76. Fabulae de Leucothea origo est apud Homerum Od. V, 333 sqq. ubi Eustathius ita: Ἀθάμας κατὰ μῆνιν Ἥρας τὰς φρένας ληφθεὶς, ἐπεὶ ἔθρεψε τὸν Διόνυσον, ἀναιρεῖ τὸν Λέαρχον, ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν λοιπὸν ἔμελλε παῖδα διαχειρίσασθαι, βαστάζει αὐτὸν ἡ μητὴρ Ἰὼ καὶ διὰ τοῦ λευκοῦ πεδίου τῆς Μεγαρίδος θεύσασα, ὅ ἐστι δραμοῦσα, ὅθεν καὶ Λευκοθέα ἐκλήθη, συγκατέῤῥιψεν ἑαυτὴν τῷ βασταζομένῳ παιδὶ ἐς θάλασσαν. Nonnus igitur ex eodem, ex quo Eustathius, fonte hausisse videtur.

V. 92. Cythaeron pastor in Boeotia vivens Jovi, ut Junonem iratam sibi reconciliaret, consilium dedit, ut novas simularet nuptias. Quod cum optime evenisset a Jove grato in montem mutatus est, qui postea Baccho sacer fuit. Juno inde Cythaeronia et Jupiter

Cythaeronius dictus. cf. Nonn. XV, 15. XLIV, 87. XLV, 39. Apollod. III, 5, 1.

V. 105. De Glauco variae ac diversae narrantur fabulae; quas hoc loco omnes explanare nil attinet. Nonnus de eo loquitur XXXV, 73. XXXIX, 99. XLIII, 211, et v. 387. docemur, Glaucum cum Melicerta non eundem esse, ut quidam volunt (idem docet Parthenii versus ap. Gell. N. A. XIII, 26. Γλαύκῳ καὶ Νηρεῖ καὶ εἰναλίῳ Μελικέρτῃ) XI, 143. cf. Apollod. I, 9, 3. cujus fabulae fons est Hom. Il. VI, 119, add. Apollod. III, 1, 2. III, 3, 1. ib. Heyne p. 544. — Eudocia in Viol. p. 97 sq. de tribus Glauci nomen gerentibus loquitur, de Glauco Atheniensi piscatore, de Glauco Minois filio et de Glauco marino; rem separatione confundens. cf. Ov. Metam. XIII, 961. Philostr. icon. II, 15. Varia ex variis auctoribus de Glauco commemorantur ap. Ath. VII, p. 296. ubi Nicanor Cyrenaeus in Μετονομασιῶν libro vel libris cum Nonno consentit, plurimi ab eodem et inter se dissentiunt: v. c. Theolytus Methymnaeus in carminibus Bacchicis, Promathidas Heracleota, Euanthes poëta epicus, Mnaseas, Aristoteles, Possis Magnes, Alexander Aetolus, Aeschrion Samius. Sed adeat Athenaeum ipsum qui omnes de Glauco variorum fabulas cognoscere velit; cff. Palaeph. 28. Eustath. ad Hom. Od. p. 205. Tzetz. ad Lycophr. p. 107. Hygin. fol. 199. Fulgent. Myth. II, 12. Glaucus haud longe ante Aeschylum in deos publicos receptus dicitur, tamen Apoll. Rhod. I, 1310. eum jam Argonautis vaticinantem finxit. Add. Eur. Orest. 564. ib. Schol. Strab. IX, p. 621. Alm. — Scripserat Aeschylus tragoediam nomine Γλαῦκος ποντιος, non confundendam cum alia ejusdem poëtae: Γλ. ποτνιεὺς, de quo Strabo l. c. p. 627. cf. Virg. Georg. III, 266. ib. intprr. —

V. 120. Vid. Apollod. I. 9. 2. III. 4. 3.

V. 140. Κυβεληΐδος Ῥείης i. e. Rheae in Cybelo Phrygiae monte versantis.

V. 144. Maeonia antiquitus locorum intervallo discrepabat a Lydia. Sed a poëtis haec nomina permutantur. Bacchus ibi veneratus inde Maeonius dictus. De Maeonia multa contulit Creuzerus in fragmm. hist. antt. T. 1. p. 146 sq.

V. 148. 159. De Silenis Satyrisque testimoniorum et fabularum multitudine paene obruimur, itemque fabularum de iis explicationibus. Optime horum μύθων circuitum explicatum legimus a Creuzero in Studiorum P. II, p. 224—334. Nos quidem id agemus ut, cum arctissimis cum Bacchicis rebus haec fabula cohaereat vinculis, paullo latius in eam inquiramus, quam in plurimas alias, ita quidem, ut primum de harum fabularum fontibus, deinde de Satyrorum Silenorum nomine, tum de fabula ipsa, denique de ejus significatione et sensu loquamur.

I. De Silenis Satyrisque Homerus nihil, quamquam Homerida in Hy. in Ven. 265. Primus Hesiodus eorum facit mentionem in fragmento quod est apud Strab. X, p. 471. Cas. ubi peleponnesiacos Deos silvestres eos appellat, nil addens de eorum forma. Apud Pindarum in fragmento ed. Schneider. p. 85. e Paus. Lac. (III) 35 Silenus dicitur Μαλεάγονος, Bacchi nutritor; apud Orphicos in Hy. 53. Silenus satyrus Silenorum princeps dicitur. De Sileno κατ' ἐξοχὴν v. Bionem sine dubio Proconnesium (quod Creuzerus demonstravit l. c. p. 259.) ap. Ath. Epit. II, 6. p. 170. ed. Schwgh.; Theopompum Chium ap. Aelian. V. H. III, 18. ib. Perizon.; inde Aristotelem in Eudemo s. de anima ap. Plut. in consol. ad Apollon. T. I, p. 453. ed. Wyttenb.; Ciceronem Tusc. disp.

I, 48. Virgil. Ecl. VI. (qui antiquae Sileni majestati satyricum quid addidit.) Athen. I, p. 20, e. Aristoclem ap. eund. XIV, p. 630. Diod. Sic. I, 4, 5, 16. III, 71, p. 375. ubi longa est narratio de Sileno, cujusdam insulae rege, qui in lumbis caudam habuerit, unde tota ejus posteritas signum hoc gestaverit. Hic cum Silenis suis Bacchi comes fuisse fertur.

II. Silenos nomen accepisse ait Eudocia Viol. p. 120. ex Phurnuto de N. D. c. 30. ἀπὸ τοῦ σελαίνειν καὶ σείεσθαι ἐν τῷ ληνῷ. Scribitur enim Σειληνὸς; sed et Σιληνὸς saepissime occurrit quod derivatur a σιλὸς i. e. homo naris retorsi s. simi; sunt qui a calva vertice splendente, a σέλας dictos putent, veluti et homines calvi, ut luna splendente vertice, σελήνια dicti sunt. cf. Schweigh. ad Ath. II, p. 45. Dicti sunt et Δαίμονες Διονύσου et θῆρες Eur. Cycl. 620. et teste Galeno ap. Hippocr epidem. 6. a Joniis et Φῆρες dicti Satyri, et τίτυροι (Eustath. ad Il. XVIII, p. 1214. Schol. Thecar. III, 2. inde et libidinosi ficti: Schol. ad Aristoph. Thesmoph. p. 775. cf. Etymol. M., cujus auctor a σάθη (i. e. membrum virile) eos dictes ait, Phurnulus vero l. c. ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι i. e. quod rideant. Plinii (H. N. VIII, 60.) vestigia prementes et Solini 27.) nonnulli Satyrorum originem a simiis derivarunt. Nomen Sileni fuit et πάππος (Pollux Onomast. p. 207. ed. Seber.) et παππίδιον. (Juliani Caesares, ubi vid. Ez. Spanh. Epreuve des remarques p. 28.) Occurrit quoque apud Athenienses Σειληνὸς Ἄκρατος, cujus imaginem v. ap. Zoëgam l. c. I, tabb. V et VI, p. 24. Zoëga hunc eundem esse contendit, qui apud Athen. II, 3. dicatur Ἀκρατοπότης et ἀγαθὸς δαίμων ap. Diod. Sic. IV, 3. et Schol. ad Aristoph. Equ. 85, et Vesp. 573.

III. Sileni et Satyri apud recentiores fere non di-

stinguuntur neque Gesnerus (de Silenis, in Comm. soc. scient. Gott. IV.) antiquam et novam fabulae formam satis distinguit, in colligendo ceterum satis diligens. Ortus Silenus e matre terra, nullo cum viro congressa. Nonn. XXIX, 261. Apud Servium ad Virgilium e sanguine Urani virilitate privati et e terrae gremio natus dicitur. Sileni et Panes Hermetis quoque filii dicti. Silenus a Pindaro frgm. incert. p. 73. Najadis conjux dicitur. Clemens Alex. protrept. p. 24. eum secundum Arcadicam fabulam patrem Apollinis Nomii fuisse refert. Satyrorum patrem Mercurium dicit Nonnus XIV, 113. eorundem Silenum patrem ait Lycophron Chalcidensis ap. Ath. X, p. 420. cf. Porphyr. de vita Pythag. 16. Cic. N. D. III, 23. Phryx Silenus a Tertulliano de anima c. 2. cum Aegyptiorum Hermete, Orpheo, Musaeo et Pherecyde Pythagorae praeceptore in sapientiae divinae traditoribus recensetur, qui ab antiquis dii sint appellati. Diodorus III, 11. ex Dionysio Milesio (Ol. 65.) Silenum antiquum sacrae urbis Nysae regem appellat; eundem VI, 4. praeceptorem Bacchi in optimis artibus III, 71. addens (quod supra diximus) ab eo Silenos, ejus posteros caudam hereditate accepisse. Igitur aetate Pindari Sileni jam caudati fingebantur. Sileni sunt aliis Satyri natu majores, barbati Paus. I, 23. Silenos ceterum Satyrosque praecipuos habere partes in Bacchico comitatu pertritum est. (Romanis fuere Fauni Silvanique proprii.) Formam Sileni describit Nonnus XI, 352. In monumentis antiquis vel ferula nitens vel asino insidens repraesentatur v. Perizon. ad Ael. V. H. III, 18. ubi ex utroque genere gaemmae. Ov. Met. IV, 26. de eo ait:

Quique senex ferula titubantes ebrius artus
Sustinet et pando non fortiter haeret asello.

Ferula illa dicitur graece νάρθηξ; est baculus oblongus cavus et recipiendo igni aptus (v. Aesch. Prom. passim) quo inprimis Bacchus et ministri ejus uti solebant: v. Barn. ad Eur. Bacch. 147. Perizonius l. l. speciem ejus expressam exhibet. — Silenorum habitum descripsit Nonnus XLIII, 342. Satyrorum habitum et formam idem XIV, 129 sqq. Fingitur quoque Silenus thyrsum humero, cantharum manibus gestans, Eur. Bacch. 130. Ceterum, ut universe loquamur, ejus forma antiquissima est humana; serior aetas (jam hymnus Orphicus 53.) cornua illi caprique pedes addit; semper est barbatus et calva vertice, nonnunquam auribus arrectis. Lucianus in Baccho c. 2. caudâ Bacchi nutritorem non instruxit, rariusque ea conspicitur in veterum numis et gemmis. Apud Diodorum Sic. I, 18. Satyros Osiridi quoque orientem versus proficiscenti comites sese in Aethiopia adjunxisse legimus.

IV. Jam ut ad hujus symboli significationem accedamus, videamus primum, quid ex ipsa Sileni figura eruerint viri docti. Vertex calvus, splendens, saepe floribus coronatus allegorice significare dictus est sphaerae coelestis coronam stellarum; barba: nubes pendentes atmosphaerae inferioris; caput ergo: imaginem aetheris atque aëris; Silenus ipse imago est animi, vitam per rerum universitatem spirantis. Haud minus miro modo quidam nostri temporis scriptor Silenum sacchari symbolum esse vult, omnes antiquitatis fabulas ad elementa physica reducens. Optimam sane ingressuri sumus viam, si Creuzero potissimum duce (l. c.) fabulae vim atque significationem hoc modo circumscribamus: Silenus antiquissimis temporibus medium quasi tenuit inter deos et homines, naturae suae excellentia; sed forma corporis medium

fuit inter hominem et bestiam, eoque ironiae quasi symbolum atque principium factus. Se fortunarum vitaeque contemtorem exserit, immo mortis laudator exsistit, hominumque conditionem dum in vivis versantur, miserrimam praedicat. Ebrietas cum prophetiae (sit venia Tertulliani verbo) spiritu conjuncta ei propria (Theopomp. ap Athen. epit. II, 6.) Liberum se atque quietis ac otii amantem ubivis exserit, silvis ergo, montibus pratisque immoratur. Libertatem quam ipse amat etiam hominibus procurat, nec non felicitatis et boni eventus auctor est. Senec. de ira III, 22. Artemid. Oneirocr. II, 37. Liberos amat, inde Bacchi, nutritor dictus. Eur. Cycl. 142. Nemesian. Eclog. III, 27. Silentii quoque amans est; loquens vero seriis sermonibus jocum interponit. Julian. Caesares p. 314. ed. Spanh. — Chororum sacrorum dux apparet in hymnis orphicis. Porphyrius ap. Eus. praep. evang. III. ait: ὁ Σ. σύμβολον τῆς πνευματικῆς κινήσεως, οὐκ ὀλίγα συμβαλλομένης τῷ παντί. Quae Gesnerus I. c. p. 52. ita explicavit: Credo intelligere eum motum, qui est a vento vel qui ventum efficit. Melius Casaubonus de satyr. poësi p. 62. ed. Rambach.: Silenum motus a spiritu proficiscentis, qui ad rerum universitatem plurimum conferat, de quo ait poëta: spiritus intus alit, esse symbolum. — Fingebant praeterea veteres, eundem liberos reddere homines non tantum a vitae miseriis et servitute sed et a vita ipsa. Ergo et imago ejus saepissime in urnis et lucernis sepulcralibus conspicitur. — Satyrorum naturam neque melius neque brevius depingere possum, quam Eudociae verbis, in violario p. 119 dicentis: ἐκστάσεως σύμβολον οἱ Σάτυροι.

V. 178. Hanc Ampeli historiam unus e veteribus refert Nonnus; ubicunque enim fere ante Nonnum

ἄμπελος invenitur, nihil est praeter nomen appellativum. Zoëga quidem l. c. II, Tab. 7, p. 51. refert, in antiquo Sarcophago nomen Ampeli esse inventum. Sed cum ejus aetatem non definire possit, facile crediderim, si hoc nomen ad nostram Ampeli historiam spectavit, ex Nonno eam sumtam esse; non enim est veri simile, omnes qui hanc narraverint fabulam aut saltim ejus mentionem fecerint antiquiores plane esse deperditos. Zoëga l. c. personarum Bacchicarum imagines ex operibus anaglyphis quae hodieque Romae restant nobiscum communicavit, et juxta barbatum Bacchum Ampelum nobis monstrat. Winkelmannus primus post longum tempus Ampelum in memoriam artificum et artium amatorum revocavit, ceterum non satis apte Bacchi genium eum appellans. Ampelum esse Satyrum adolescentem patet ex Nonn. XI, 187. X, 309. In opere, cujus imitationem nobis exhibet Zoëga, caudulam habet Ampelus, quae non item expressa est in imagine ipsa. — Alius occurrit Ampelus apud Ovidium Fast. III, 409 sqq. qui nostro primam suppeditasse ideam videtur:

Ampelon intonsum, Satyris Nymphaque creatum
Fertur in Aoniis Bacchus amasse jugis.
(Tradidit huic vitem pendentem frondibus ulmi,
Quae nunc de pueri nomini nomen habet.)
Dum legit in ramo pictas temerarius uvas.
Decidit: amissum Liber in astra vehit.

ubi exinde Vindemiator dictus fuit. — Tryphon Grammaticus Alexandrinus ap. Ath. III, p. 78 Ampelum Oxyli ex Hamadryade sorore filium dicit, nihil praeterea addens. — Nonno igitur nostro jure quidem, si minus primam hujus fabulae ideam, tamen hanc ejus formam et exornationem adscribere possumus, et sane egregie hanc provinciam administrasse eum

dicere possemus, nisi et in hoc praeclaro ἐπεισοδίῳ nonnullis in locis ingrata quaedam prolixitas a Graecorum venustatis studio abhorrens et oblita τοῦ μηδὲν ἄγαν nos offenderet.

V. 226. Pactolus Lydiae fluvius aurum in sabulis secum ducere credebatur ex quo Midas in eo se laverat, vel potius quia vere ex Tmolo monte aurum devehebat; v. Herodot. V, 101. coll. VI, 125. inde ap. Ath. V, p. 203. c. χρυσοῤῥόας dicitur. Apud Nonnum XII, 120. cum Baccho ob ereptum illi Ampelum dolet. De Pactolo v. etiam Eur. Bacch. 154. ib. Barr.

V. 232. Mygdonia fuit Phrygiae pars; idem nomen gerebat et Macedoniae regio et Bithynia.

V. 233. Tres musicos celebres habuit Phrygia, Hyagnidem, Marsyam ejus filium (male enim eum Hyginus Oeagri, Apollodorus autem et Palaephatus Olympi filium faciunt) et Olympum Marsyae et discipulum et amasium *), de quibus eorumque inventis v. Plut. de Musica et Telesten poëtam ap. Ath. XIV, p. 616. f. ib. Casaub. Ac Hyagnis quidem in marm. Arund. Ep. X. tempore Erichthonii Celaenis, Phrygiae urbe, tibias modosque Phrygios primus reperisse traditur. Marsyas non modo alios modos invenit (Pausan. Phoc. p. 873.) sed auctor etiam fistulae, quae cera adglutinatur, exhibetur ap. Ath. IV, p. 174. XIV, p. 624. b. cf. Spanh. ad Callim. H. in Dian. 245. Marsyae autem fabulam v. ap. Herodotum VII, 26. Diod. Sic. III, p. 335 sqq. ib. Wessel. Palaeph. f. 48. ib.

*) Sic Hyg. f. 165. Pater vero Marsyae dicitur Olympus ab Apollod. I. 4. 2. ed. Heyn. Olympus a Jove Dionyso praeficitur tanquam praeceptor ap. Diod. III. 72. Diversus videtur ab hoc Herculis filius, Olympus, et Euboeae ap. Apollod. II 7. 8. cf. Pind. Fragmm. p. 149. ib. Heyn. Plat. Symp. p. 102. ed. Wolf. Plat. Jon. p. 34. ed. Müller.

Fischer. Fulgent. III, 9. qui mystice fabulam interpretatur; cf. Eur. Iph. Aulid. 577. ib. Brodaeus. Apud Servium ad Virg. Aen. III, 20. legimus, Marsyam in tutela liberi patris, eundemque (ad IV, 58) civitatibus in foro positum libertatis esse symbolum, quod etiam de Silenis Satyrisque (quibus Marsyas adnumeratur) dicitur. Nostro loco Nonnus Marsyam indigitare videtur, vel potius Hyagnis ab eo cum Marsya confunditur. Simili modo L. XIX, 316. Silenus cum Apolline certasse et pelle detracta insolentiam luisse dicitur; cf. Paus. Cor. (II) 22. — Memorabile sane est, in tabula secunda operis, vasorum antiquorum effigies exhibentis, quod nuperrime Parisiis Millinii cura prodiit, conspici Marsyae cum Apolline certamen, ubi Apollo Bacchi formam habet, Satyrus tibiis canens petulanter sub quercu consedit, Bacchae variis instrumentis instructae Musarum deum transformatum comitantur.

V. 253 — 255. Hyacinthus Pieri et Clius filius ab Apolline Zephyroque amatus fuit. Zephyrus cum Hyacinthum aliquando cum Apolline disco ludentem conspexisset, discum flatibus suis capiti Hyacinthi adegit eumque occidit. Apollo Hyacinthum in florem ejusdem nominis mutavit. Hyacinthi res ad Apollinis Amyclaei religiones pertinent. De illo hujus amasio vide Heynium in Antiquar. Aufsätze T. I. cf. Nonn. XXIX, 95. Ov. Met. X, 162 sqq. ib. Gierig ad v. 215. Apud Ath. XV. p. 683. e. ib. Schwgh. natus dicitur Hyacinthus flos ex Ajacis cruore quod et Ov. Met. XIII, 595. refert. V. quos laudat Fischerus in indice ad Palaephatum v. Ὑάκινθος.

V. 261. Pelopis historia huc referenda ex Pindaro Ol. I, currus est Oenomai etc. Ganymedes, quanquam h. l. Tantalides dicatur, non est filius sed ex posteris Tantali.

V. 310. Sic Ida mons a prisco Trojanorum rego Teucro nominabatur.

V. 314. Cf. quae ad VIII, 371. attulimus.

V. 322. Magnesia h. l. Thessaliae regio; nam Admetus Thessaliae rex fuit; ceterum hoc nomine et Joniae urbs appellata et duae Lydiae urbes, quarum altera ad Sipylum dicitur v. Mannert. Geogr. d. Gr. u. R. III, 267 et 372.

V. 338. Narcissi, Cephisi et Liriopes filii historiam nemo non novit. Fusius de eo egit Ov. Met. III, 393. sqq. cf. Lucian. ver. Hist. II.

V. 374. Jovem cum Alpheo luctantem alibi non legi.

V. 389. De Pane ejusque in Nympham Syringem amore v. Ov. Met. I, f. 18. Hom. Hymn. in Pana; Herodot. II, 145. Aeschyl. Pers. 447. Eur. Jon. 492. Athen. X, p. 455. a. ubi Castorionis in Pana poëma legendum, et Scolion, XV, p. 694. d. Hygin. f. 196. — Pan quoque, ut in Bacchi comitatu adversus Indos proficiscentis, (Nonn. XXXII, 277. sic in Osiridis comitibus orbem peragrantis recensetur ap. Diod. Sic. I, 18. immo ex ejus nomine Chemmis urbs, (Panos urbem incolae interpretabantur) in Thebaide appellata fuit. Pana eum dictum ajunt, quod sub ipso universa rerum natura colatur, sive mundus. Alio modo nomen explicatur in Hymno Homer. in Pan. 45 — 47. Apud Lucianum Dial. Deor. 22. Pan de se ipse ait: καὶ ὁ Διόνυσος οὐδὲν ἐμοῦ ἄνευ ποιεῖν δύναται ἀλλὰ ἑταῖρον καὶ θιασώτην πεποίηκέ με. καὶ ἡγοῦμαι αὐτῷ τοῦ χοροῦ. De Syringe v. Achill. Tat. VIII, 6.

V. 401. Cissus puer, coram Baccho saltans, lapsu mortuus, ab eoque in hederam mutatus narratur a Nonno XI, sub fin, XII, 97. X, extr. neque alibi nisi ap. Macrob. Sat. I. hanc fabulam relatam legi.

COMMENTARIUS MYTHOLOGICUS

IN LIBRUM UNDECIMUM.

V. 30. Heliadum, (quarum nomina Lampetusa, Lampetia et Phaëthusa) Phaëthontis sororum historiam, quae fratre in Eridanum delapso nimium lugentes in populos, eorumque lacrymae in electrum mutatae sunt, quivis ex Ov. Met. II, 325 sqq. novit. Noster quoque eandem nonnunquam attingit, v. c. XXIII, 93. XXVIII, 9 et sub fin. XLII, 454. cf. Eubulum comicum ap. Ath. XIII, p. 568. — Strabo V, p. 329. Alm. fabulam esse hanc narrationem ait.

V. 49. Hermus fluvius ap. Nonn. XII, 126. δονακώδης dicitur, qui locus admonet Homerici Il. XVIII, 576. Fuit hic fluvius nobilitatus in rebus Lydiis, urbesque ejus terrae ab eo dictae, ut Hermopolis et Hermocapetium. Quam in rem numi consulendi eorumque doctus interpres Eckhelius D. N. V. I, p. 101.

V. 117. Μητρυιή h. l. est Juno.

V. 121. Maronem semper in Bacchi comitibus invenimus v. c. Nonn. XIX, 157, 196, 293. saltantem et ebrium uti et XVIII, 110, 49. Bacchi aurigam XXI, 280. in expeditione Indica occurrit XXIII, 208. XLIII, 74, 335. XLII, 20. Maron est apud Homerum Od. IX, 196. Euanthei filius, Euantheum vero Ariadne Baccho pepererat. Hesiodo est Maro Oenopionis filius, Nonno vero Sileni. cf. Eur. Cycl. 141. ib. Barn. Et Ma-

ron fuit in Osiridis (Bacchi Aegyptiorum) comitibus; τῆς περὶ τὴν ἄμπελον φυτείας ἐμπειρίαν ἔχοντα eum vocat Diod. Sic. I, 18. ubi de Marone in universum consulendus Wesseling. et quos ille laudat auctores, qui haud parum inter se discrepantes deprehenduntur. Dedit Maron nomen vino Mareotico ut ait Ath. I, p. 33. d. ib. Cas. et Schwgh. Ejus nomen quoque tulit Μαρεία fons et oppidum prope Alexandrinam, ibid. et Μαρωνεία in Thracia v. Diod. Sic. I, 20.

V. 127. Βασσαρίδες, Βάσσαραι v. Βασσάραι (illud habet Schneiderus in Lex., hoc Athenaeus V, 28, p. 266. Schw.) οὕτω καλούμεναι διὰ τὸ βάσιν ἐπ' ἀρᾷ ποιεῖσθαι τὸ μανιώδες. Eudoc. Sacerdotes fuere Bacchicae vel universe mulieres Bacchantes. De vi vocis est locus primarius Eustathii ad Il. Ξ. p. 989, 18 sqq. cf. Lycophron vers. 771. ibiq. Tzetza, cui Βασσάρα idem est, quod πόρνη. Et digna est quae in eam rem consulatur Stephani disputatio in Vol. IV. Thes. L. Gr. s. h. v. Add. Callixenus Rhodius ap. Ath. V, p. 199, d. Pers. Sat. I, 101. Hoc loco de his aliisque Bacchi comitibus, exceptis iis, quos jam tractavimus, agendi erit occasio. Bacchi comitatus θίασος dictus, i. e. congregatio hominum rei divinae, maxime vero Bacchi gratia coeuntium; cf. Schol. ad Aristoph. Plut. p. 53. ad Thesmoph. p. 767. ad Ranas p. 225; quid θίασος et unde nominatus sit v. etiam ap. Ath. VIII, p. 362, e. f qui ita: τοὺς μὲν οὖν θιάσους ἀπὸ τοῦ θεοῦ προςαγόρευον καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς θεοὺς οἱ Λάκωνες σιούς φασι. cf. Eur. Bacch. 56. ubi Barn. ait: alii θύασος scribunt παρὰ τὸ θύω. Eustath. ad Il. IV, p. 465, l. 10. θίασος, ait, est ὀργιάζων ὄχλος. add. Eur. Jon 552. Phoeniss. 802. De universo Bacchi θιάσῳ locus classicus est Artemidori Oneirocrit. L. II, c. 37, p. 216. ed. Reiff. Phurnut. c. 30. quocum Eudocia consentit. cf.

Suid. s. Βάκχαι ib. interprett. VariaBaccharum nomina occurrunt in Eur. Bacchis 305. Et Μακέται dictae a Macedonia, quondam Macetia v. Cas. et Schwgh. ad Ath. V, p. 198, e. — Μαίναδες Diod. IV, 3. Θύαδες, Lenae (a ληνὸς torcular), Mimallones, Nonn. XXI, 184. XVII, 29. (ap. Ov. Amor. I, quoque Mimallonides, et ap. Eud. Viol. p. 87. et 118. Μιμάλλοντες) cf. Hesych. h. v. — Suidas eas sic dictas ait ἀπὸ τῆς μιμήσεως; neque defuere, qui ex oriente hoc nomen derivarent; v. c. Almeloveenius ad Strab. X, p. 718. ex Hebraico ממללין loquaces vel a ממל torcular, ut sint eadem quae ληναί. Mimallones in Tmolo Phrygiae monte habitare ait Eur. Bacch. 55. dictae et Λυδαί ap. Eud. Viol. p. 87, 118. Et Euades dictae Bacchae. Ceterum in Bacchi comitibus fuere quoque Βάκχοι. Bacchicum pompam egregie descriptam legimus ap. Eur. in Bacch. 75 — 169. et a Callixeno Rhodio ap. Ath. V, p. 196, a — 201, e. ubi celebris illa a Ptolemaeo Philadelpho instituta describitur. Baccharum apparatum v. ap. Eur. B. 34, 180, 829. ib. Barn. et argum. in Act. I. Bacchas solutis capillis procedere solitas ait Eur. B. 494 sq. ib. not. — Eudoc. Viol. l. c. refert: κατέχουσι χερσὶν αἱ μὲν, ἐγχειρίδια αἱ δὲ, ὄφεις. τοῦτο δὲ πρὸς αἴνιγμα τοῦ καὶ θηριώδεις καὶ φονικοὺς εἶναι τοὺς μεθύοντας. Multa de earum lascivia atque petulantia dicuntur v. c. Eur. B. 225:

την Ἀφροδίτην πρόσθ' ἄγειν τοῦ Βακχίου·

(ferocitatis signa sunt epitheta ῥιψαύχενες Bacch. 156, 863. et ὠμοφάγοι 139) Sed vide eund. v. 314 sqq. et 938 sq. ubi edocemur, non universe ac simpliciter hoc esse statuendum. Bacchas divinari ait Schol. ad Eur. Hec. v. 123; invulnerabiles easdem contendit Eur. Bacch. 760. Sed apud Nonnum haud paucae vul-

nerantur, XVII, sub fin. immo vero occiduntur v. c. XXXIV, 248. Optime Baccharum gestus et furores descripsit Eur. Bacch. 676 — 767. habitum earum v. 829 — 833. Strabo ed. Alm. X, p. 715 sqq. comites Bacchi appellat etiam Idaeos Dactylos, qui eundem educasse dicuntur ap. Paus. V, 8. De Idaeis Dactylis v. Eudoc. Violar. p. 103. ibique fragmentum ex Phoronide, antiquo Hellanici poëmate cyclico; Schol. ad Apoll. Rhod. I, 1129. Clem. Alex. Strom. I, p. 306 sq. Euseb. praep. ev. I, Heyn. ad Apollod. I, 1, 2, p. 15 sq. Crobylum comicum ap. Ath. I, p. 15. f. ib. Casaub.

V. 131. Atymnius, de quo Nonnus XII, 220. ubi de ejus morte; XIX, 182. XXIX, 28. Apollinis amasius fuisse videtur, ut Ampelus Bacchi: XI, 258 Φοῖβος Ἀτύμνιος occurrit. Fuit Atymnius Jovis e Cassiopea filius a Sarpedone amatus. Apollod. III, 1, 2; fuit et Atymnius Emathionis filius e nympha quae Πήγασις est appellata q. v. ap. Qu. Smyrn. III, 300. Sed qualis noster?

V. 132. Abaris Scytha qui Apollinis ad Hyperboreos profectionem cecinerat, ideo ejus sacerdos factus est. ab eoque vaticinandi dotem accepit et sagittam, cui insidens aërem pervolare poterat. E Pelopis ossibus Minervae statuam fecerat, quam Trojanis vendidit, iisque persuasit, eam ipso efficiente de coelo esse delapsam. Hoc postea celebre fuit Palladium. De Abaride est locus classicus Herodoti IV, 36. cf. Harpocration h. v. et Lycurgi fragmentum ap. Eudociam in Violar. p. 20. Alter fuit Abaris a Perseo, tertius ab Euryalo occisus.

V. 143. Non hic de eodem, de quo supra Glauco deo marino, sermo est, sed de Sisyphi et Meropes filio, Magnesiae rege, qui equas humanis carnibus

nutriebat. Venus irritata illius erga ipsam quoque impietate, furiosas reddit equas, ut Glaucum ipsum devorarent. Hygin. f. 273. ait: Quadrigis vicit Iolaus Iphicli filius Glaucum Sisyphi filium, quem equi mordici distraxerunt.

V. 146. Bellerophontis historia satis nota. Fons fabulae est ap. Hom. Il. Z. 155 sqq. — 205. Apollodorus II. 3. 1. de ejus lapsu nihil tradit. cf. II, 4, 2. neque Eunicus comicus ap. Ath. XI, p. 497, b. Semper fere Pegasus cum Bellerophonte conjunctus occurrit, apud Homerum vero nondum nominatur in hac fabula Pegasus, quamquam Bellophoron Chimaeram devincit v. 183. ominibus fidens. Eustathius ideo ait, Homero omnino ignotam fuisse de Pegaso fabulam. Sed hoc quidem non probavit. Hesiodus enim de eo ut de antiqua fabula loquitur in Theog. v. 278. Primo eum alatum deprehendimus apud Pindarum Ol. XIII, 122. et insignius idem de eo dicit Euripides in fragmento ap. Schol. ad Arist. Pac. 75: ἄγ' ὦ φίλον μοι Πηγάσου πτερόν. Notum est Pegasum inter astra vel in coelum relatum. Pind. l. l. v. 131.

τὸν δ' ἐν Οὐλύμπῳ φάτναι
Ζηνὸς ἀρχαῖαι δέχονται.

In antiquissimis siderum tabulis alis caret. Eratosth. catast. 18; etiam in nummis nonnunquam alae absunt. v. Spanh. de usu et praest. num. diss. 5. XI, p. 275. Latius rem exposuit Vossius myth. Br. I, p. 245.

V, 228. Hylae historiam v. ap. Apollod. I, 9, 19. ib. Heyn. p. 185. Hygin. f. 14 et 271.

V. 251. Simili modo subridere ait Zoëga personam Bacchicam, quam Ampelum putat, juxta Bacchum barbatum. (Bassirilievi III, Tab. XVII, maschere bacchiche p. 70.)

V. 259. Therapnis Dioscuri et Helena nati dicun-

tur. Sed quid sibi volunt Therapnae hoc loco? Hyacinthus fuit Amyclaeus: Amyclae vero haud procul aberant a Therapnis. Inde et ap. Ovid. Fast. V, 223 legimus: sanguis Therapnaeus i. e. Hyacinthi pueri Amyclaei, ut est ap. Nonn. XII, 160. ubi v. nostr. annot.

V. 271. 275. Is quem h. l. Neptunus amasse dicitur, (quod et Pindarus ait Ol. I, 39. cf. 64.) quamquam et aliis locis v. c. XX, 140. eadem occurrat fabula, a Nonno tamen neque illo loco suo nomine appellatur. Est ille Pelops, Tantali filius, cujus historiam cum Hippodamiae historia conjunctam apud plures poëtas atque mythographos legimus. Fuit Hippodamia Oenomai Elidis regis filia, quam pater nonnisi ei se uxorem daturum spoponderat, qui celeritatis certamine instituto illam vicisset. Victus vero capite poenas dabat. Hippodamiae pulchritudinem contemplantes plurimi equorum agitationis obliti erant. Pelops vero a Neptuno adjutus eam vicit et uxorem accepit. Quo facto Oenomaus mortem sibi ultro conscivisse dicitur. Cf. Diod. Sic. IV, 73. qui uberius rem tractat; add. Apollod. II, 4, 2. ib. Heyn. p. 294. Schol. Lycophr. 156. Apoll. Rhod. I, 752 Eur. Iph. in Tauris 822 sqq sqq. Similis de Atalanta et Hippomene historia narratur.

V. 301. Inepte de cantilena ad vinum loquitur, cum vinum nondum habeat, quia ex ipso Ampelo mortuo illud provenire debuit. Neque res melius se habet, si statuamus, Nonnum dicere voluisse: Nunquam aderis laetis illis compotationibus, quas nos celebrabimus, cum e corpore tuo mutato vinum prodierit. Contorta haec, imo perversa, dicendi esset ratio!

V. 358. Bacchum inprimis fanatico cultu prosequebantur, qui in Tmolo monte habitabant.

V. 363. *Λάκων νέος* est Hyacinthus. Amyclae enim in Laconia sitae.

V. 364. Latius de Cyparisso ab Apolline dilecto loquitur Ovidius Met. X, f. 4. traditque, illum Amyclae filium, ex insula Cea oriundum, cervum auro gemmisque ornatum, Nymphis sacrum et sibi magnopere carum per imprudentiam sagitta transfixisse; cujus morte deinceps tantis doloribus sit affectus, ut sibimet manus inferre violentas conaretur. Hunc autem Apollo ex imminenti periculo liberans mediis haerentem cruciatibus in arborem sui nominis transmutavit.

V. 384. Haec quoque de Calamo Carpoque fabula Ampeli historiae simillima, Nonno propria esse videtur, cum scriptores antiqui eam ignorent. Ceterum has fabulas mire et diligenter dilatavit Nonnus, in sui ingenii operibus exornandis atque expoliendis libentissime commorans, ita quidem, ut justo latiora jure videri possint. *)

V. 392. De Jasione cf. Nonn. XLVIII, 678. ubi agricola dicitur. V. quoque Diod. Sic. V, 48. Origo fabulae quaerenda ap. Homerum Od. V, 125. ubi a

*) Cum Nonnus tantopere amans deprehendatur fabularum de mutatis formis, fuerit hoc pro indicio, eum prae ceteris sectatum esse fontes posteriorum scriptorum, Alexandrinorum inprimis, ex quibus etiam Ovidius profecit. Nostra certe opinio de hoc fabularum genere sero demum exorto penitius examinanda videtur esse, priusquam indidem judicandorum poetarum rationes ducantur.

Nic. Schow l. l. p. 8. ait: „Hunc mythum, qui ex mysteriis esse videtur, et allegoriam haud inelegantem continet, aliunde, nonnullis forsitan quoad dictionem poeticam mutatis a Nonno descriptum suspicamur". Non est quod inter nos concertemus, cum uterque nostrum testimoniis antiquitatis sit destitutus.

Cerere amatus et in amplexus acceptus a Jove fulmine percutitur. Add. Theocr. III, 50 sq. ubi Schol. Jasionem Cretem facit, Minois e Phronia Nympha filium. Ex iis nuptiis natus Plutus. Hes. Theog. 968 sq. atque exinde allegoriam subfuisse fabulae satis apparet. v. quae his addidit Heyn. ad Apollod. III, 12, 1. p. 736. sq.

V. 496. Alludit Nonnus ad Zephyrum et Hyacinthum.

V. 470. De Adonide v. Platonem comicum, qui paullo ante Aristophanem vixit, ap. Ath. X, p. 456, 4. et Nicandrum Colophonium ap. eund. II, p. 69, b. coll. XIII, p. 566, d. Ov. Met. X, f. 16 et 17. Bion. Idyll. I, et Eud. viol. p. 24.

V. 508. Phaëton h. l., quod committere assolet Nonnus, a Sole non discernitur.

V. 518. Maronides, Bacchantes a Marone dictae.

COMMENTARIUS MYTHOLOGICUS

IN LIBRUM DUODECIMUM.

V. 34. Phanes ex Orphicis satis notus v. c. Argon. 13 sqq. Hymn. 5, 1, et 8. Frgm. VI, VII, VIII, ib. Gesn. Versus ex Argonauticis hi sunt memorabiles:

— Κρόνου ὃς ἐλόχευσεν ἀπειρεσίοις ὑπὸ κόλποις
Αἰθέρα, καὶ διφυῆ, πυρσαπέα κυδρὸν Ἔρωτα,
Νυκτος ἀειγνήτης υἷα κλυτόν· ὃν ῥα Φάνητα
ὁπλότεροι κλήζουσι βροτοὶ· πρῶτος γὰρ ἐφάνθη.

v. ad h. l. Gesnerum, Eschenbachium et Hermannum. Ex his quoque, quos laudavi, locis apparebit, Phanetem i. e. Solem, qui et Dionysus vocatur et Jovem dictum esse; quod novum, si eo indigeremus, esset exemplum, orphicam poësin et mythologiam avide quotcunque potuerit ideas in unum contulisse, neque quod Graeci optime aetatis tam egregie observarunt, illud μηδὲν ἄγαν, Delphico templo adscriptum sibi quoque dictum putasse, cum epithetorum farragine et pompa deos suos fere, ut ita dicam, obruerent.

V. 36. De Hyperione Titane, Solis deo antequam in tartarum dejectus fuit v. Hes. Theog. 134. Orph. Arg. 1222. Hy. 7, 2. ubi idem est qui Ἥλιος. fr. 8, 27. Ceterum mire variant immo confundunt veteres hujus nominis significationem. Nunc enim est sol ipse, nunc solis pater; hoc quidem ap. Stesichorum in Ath. XI, p. 469, e. et ap. Mimnermum in Ath.

XI, p. 470, b. illud est in Odyss. I, 24 et 8. Sed fortasse rem expediemus si cum veteribus Grammaticis statuamus, vocem Ὑπερίων in his Homeri locis esse nonnisi formam breviorem pro Ὑπεριονίων.

V. 45. De Ophione v. ipsum Nonnum II, 575. XLI, 319, 24. ubi Phoeniciis litteris fatalia vaticinia mundi exarasse dicitur, unde forsan ap. Senecam in Oed. 485. eum Cadmi comitem deprehendimus. Proprie quidem inter Gigantes a multis cum Titanibus confusos numeratur v. c. Claud. Pros. III; 328.

V. 46. Hujus fabulae fons est in Hes. Theog. 176 sqq. Ceterum de Saturno ejusque fabula conf. Nonn. VII, 221 sqq. XVIII, 227 sq. XXIV, 234. XLI, 68. qui a vulgari narratione non discedit. In hymno Orphico 12, 2. dicitur Titan, ut ap. Hes. Theog. 137.

V. 57, 59. Antiquam fabulam h. l. respexisse videtur Nonnus, sed quos adire mihi licuit scriptores, ii hanc quidem silentio praetereunt, nisi forte illud cum nostro loco cohaereat, quod Pitys olim puella fuerat, quam amaverat Pan simul et Boreas. Quae quoniam Pani magis favebat a Borea illisa in scopulum mortem obibat: at ne tota interiret, Tellus ex eo quod reliquum erat, πίτυν (pinum) produxit. v. Broukh. ad Prop. I, 18, 20. Ovid. Heroid. V, 137. Lucian. Dial. Deor. 22. ib. Hemsterh. cui πειθοῖ legi volenti equidem non assentio.

V. 63. Deucalionis historia fuit docente Eudocia in Viol. p. 108. apud Hesiodum in πρώτῳ καταλόγων et apud Hellanicum ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Δευκαλιωνίας. V. eam ap. Nonn. III, 200 sqq. VI. sub fin. Apollod. I, 7, 2. Hygin. f. 153. Ovid. Met. I, 10 et 11.

V. 73. Harpalyces historiam varie varii tradunt; noster secutus est Hyginum vel potius Hygini fontes ad fabb. 206, 240. Aliam Harpalycen v. f. 45. Ari-

stoxenus, philosophus peripateticus ap. Athen. XIV, p. 619 e. ait: Harpalycen virginem quae Iphicli amore flagraret ab eo spretam moerore mortuam esse.

V. 76. De Philomela fabulam latius exposuit Ovid. Met. VI, 412 sqq. Hygin. f. 45. Apollod. III, 14. 8. ib. Heyne p. 842. Eur. Herc. fur. 1022. Fons fabulae est ap. Hom. Od. T. 518. ubi de Aëdone Pandari filia similis narratur fabula. (v. Schol. ad h. l. ex Pherecyde Lerio.) Varias ejusdem fabulae narrationes, quas inter se comparare huc non attinet, v. ap. Nonn. II, 150. Anton. Liber 40. Tzetz. Chil. VII, 142. Eustath. ad Odyss. p. 710. Pausan. in Att. p. 13, 100. Phoc. p. 807. De hac fabula quoque insignis exstat narratio apud Thucydidem II, 29. quoniam ea res arctissime copulata cum rebus Atticis.

V. 80. Sipylus fuit Niobes filius in lapidem mutatus; (ejus dico Niobes quae fuit Tantali filia.) v. Nonn. II, 158. (alia est Phoronei filia et Argi Pelasgique mater XXXII, 66 sq.) Apud Nonnum XIV, 271 sqq. Niobe lapis Bacchum in Indiam proficiscentem alloquitur. Antiquissima est haec fabula, a poëtis et artificibus certatim celebrata: cf. Hom. Il. XXIV, 602 sqq. ubi v. Schol. ex Euphorione. Eudoc. Viol. p. 306. Paus. Att. (I.) 21. Ov. Met. VI, 146 sqq. ib. Burm.; Callim. in Apoll. 122. Apollod. III, 5, 6. et quae larga ibi manu sparsit loca Heynius p. 587 sqq. (Est et Sipylus Lydiae oppidum ap. Ath. XIV, p. 625 f.) Add. Pind. El. I, 62. Eur. Iph. Aul. 952. ib not. — Xanthum etiam Lydum e veteribus rerum scriptoribus Sipyli Niobesque res attigisse Parthenio auctore monstravit Creuzerus in Historr. graecc. fragmm. p. 189 sqq. ubi de hujus fabulae fontibus locisque monuit. Nominis forma est dorica pro θεὸ-

πυλος, uti Σιβύλλα pro θεοβούλη. (βουλὴ Doricis quoque βόλλα.)

V. 85. A nullo antiquo scriptore ex iis, qui hodieque restant, nisi ab Ovidio Met. IV, 55 sqq. tractata est Pyrami et Thisbae fabula, et ficta videretur ab ipso Ovidio, nisi Hyginus (f. 242.) quem ex antiquis tragicis hausisse scimus, eam attingeret. Haesitanti, quid de vocibus ὑγρὸν ὕδωρ statuerem, occurrit locus Nonni VI, sub fin. ubi ex annexis patet, Thisben fluvium esse aeque ac Pyramum, quem Ciliciae fluvium refert Apollod. III, 1, 1. Θίσβην Boeotiae urbem πολυτρήρωνα nobis enumerat Homerus in navium catalogo Il. II, 502. Nonnus XIII, 61

V. 87. De Smilace Crocoque v. Ov. Met. IV, 283; apud alium antiquitatis scriptorem non legere hanc fabulam memini. cf. Nonn. XXXII, 89.

V. 90. Apollodorus duas foeminas Atalantae nomen gerentes confundit v. I, 5, 2. III, 9, 1 et 2. ib. Heyn. p. 119, 677. Ea de qua Nonnus h. l. loquitur, est Jasi filia, apri Calydonii venatrix. Ov. Met. VIII, f. 5. Fabulae de hoc apro fons est ap. Hom. Il. IX, 530, sqq.

V. 93, 94. Obscurum quidpiam inest his versibus, quod revelare frustra studui.

V. 104. Θαλύσια fuere festum messorium, in quo Cereri frugum primitiae offerebantur. Θαλυσιὰς κούρη vero h. l. nihil aliud esse videtur quam Hora aestatis, vaticinia videns cf. Nonn. XI, sub fin.

V. 131. Prope Sangarium Ganymedes natus fuit, inde Sangarius puer dictus.

V. 150. De rhythmo v. Barn. ad Eur. Bacch. 159, et ad Iph. Aulid. 576. et quae ille laudavit loca, ubi de Phrygio, Lydio, Dorico, Aeolico et Jonico modis latius disputatur.

V. 152. Aon Neptuni filius ex Apulia fugiens in Boeotiam venit ibique in montibus ab ipsius nomine Aoniis dictis habitabat. Hi musis erant sacri, quae inde et Aonides vocantur. — Ismenus est Boeotiae fluvius, ab Ismeno Asopi et Meropes filio dictus Apoll. III, 12, 6. Diod. IV. 74. Paus. IX. 20. Plut. de fluv. c. 2.

V. 161. Παῖς Ἀμυκλαῖος est Hyacinthus; Amyclae Laconiae urbs ab Amycla Niobes filia (cui aeque ac Meliboeae Apollo pepercerat) nomen accepit. Amyclis celebre Apollinis templum fuit Strab. IV. p. 278. cas.

V. 202. De vitis atque vini inventione varias narrationes et fabulas tradit Athenaeus L. II, p. 35. Ab Oeneo vocatum vinum ajunt Nicander Colophonius et Melanippides Melius. (cf. Nonn. XLIII, 58 sqq.) Ex Theopompo et Hellanico refert I, p. 34, 8. inventam vitem Olympiae juxta Alpheum; alii primum Plinthino Aegypti oppido inventam tradunt; Hecataeus vero Milesius ap. eund. II, p. [illegible], a, b. in Aetolia vitem uvis onustam natam esse ex caudice quem pepererat canis narrat. Vitem ab Erythraeo mari a Baccho in Graeciam delatam Philonides refert L. XV, p. 675, a. ap. eund. Diod. Sic. I, 15. (ib. Wessel.) de Osiride Aegyptiorum Baccho tradit: *εὑρετὴν δ' αὐτὸν γενέσθαι φασὶ τῆς ἀμπέλου, περὶ τὴν Νύσην, καὶ τὴν ἐργασίαν τοῦ ταύτης καρποῦ προςεπινοήσαντα, πρῶτον οἴνῳ χρήσασθαι* *), *καὶ διδάξαι καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους τὴν*

*) Wesselingius vero ad h. l. ita: Atqui nullae erant in Aegypto vites, propterea incolae aut vino ex hordeo facto aut aliunde importato utebantur, si fides Herodoto II, 75 et III. 6. (quidni? Nisi forte hoc considerandum est, Herodotum nonnisi Aegyptum inferiorem et mediam nosse, Diodorum vero etiam superiorem. Ceterum cui in universum major sit fides habenda, dubitari nequit.) Neque Reges id ante Psammetichum bibebant, natum, uti

τε φυτείαν τῆς ἀμπέλου, καὶ τὴν χρῆσιν τοῦ οἴνου καὶ τὴν συγκομιδὴν αὐτοῦ καὶ τήρησιν. — Naturam vitem quoque inter alias plantas sponte progerminasse nonnullorum inter Graecos opinio fuit, quam v. ap. Diod. Sic. III, 61. ubi Diodorus universe varias apud Graecos famâ celebratas narrationes de rebus Bacchi recenset, e quibus quae huc facere videntur ad L. IX, 13. inseruimus. Ait praeterea: Vitem sponte enatam probant vites hodieque multis in locis ultro natae.

V. 295 sqq. Videtur haec fabula desumta esse ex antiquissimo quodam poëmate plane deperdito.

V. 337. Variae ἅρπαι celebres fuerunt apud veteres. Primum ea, qua usus Saturnus Urani patris genitalia abscidit, quam Strabo XIV, p. 966. Telchinas illi fabricasse ait; tum ea, qua Hercules Argum occidit; ea deinde, qua Perseus Medusae caput amputavit; denique ἅρπην quoque Terpsichore musices et saltationis musa manu tenebat.

V. 338. Vindemiae labores apud veteres usitatos in egregio opere anaglypho quod hodieque Romae restat effictos nobis exhibet Zoëga, (bassiril. V, Tab. 26.) opus vero illud non ad Bacchum ejusque cultum respicit.

V. 355. Egregios quosdam de vini viribus locos ex antiquis poëtis, ex Diphilo comico, Eubulo, Philoxeno, Chaeremone tragico, Jone Chio, Epicharmo, Panyasi, et Bacchylide servavit Athenaeus II, p. 35, 36, 40. ubi cf. Schweigh.

V. 358—363. Ad hunc locum conferenda Pindari,

ferebant, ex eorum sanguine, qui Deos olim pessimo ausu oppugnarunt, docente Plutarcho T. II. p. 355. B. Sed vitem regioni non plane defuisse indicant querelae Judaeorum Num. XX, 5. — Vinum ab Aegyptiis voce ἔρπις appellatum docent Eustath. et Tzetzes ad Lycophr. 579. —

Aeschyli, Sophoclis, Hermippi, Theopompi et Philoxeni egregia fragmenta ap. Ath. XI, p. 476. ib. Schwgh. add. Nonn. XIV, 240.

V. 382. Facile ex etymologia ortam videmus fabulam; Rhea Baccho amethystum dat contra μέθην i. e. ebrietatem. — Sed haec μέθη infra XIX, 21. persona est, quae v. 27. Bacchum patrem, filium et conjugem appellat. —Nomen μέθης acutius quam verius Seleucus et Aristoteles derivant ap. Ath. II, 3. a μετὰ τὸ θύειν, et VIII, 16. a μεθιέναι, quod magis placet. De μέθῃ et Μέθῃ plura sciremus, si exstaret Theophrastri liber περὶ μέθης, aliquoties laudatus ab Athenaeo, quos locos collegit Meursius in Theophrasto p. 37. Ejus vestigia fortasse legit Pausanias Eliac. 24. a quo Μέθη in fano repraesentata refertur, tanquam ποτηριοφόρος. Unde credibile fit hanc Deam nonnunquam cum Baccho exhiberi in veteribus monumentis. Quod quidem in explicanda illa pompa crateris Bacchici nuper suspicatus est Zoëga li bassiril. sect. I. Ad hanc rem non nihil facere videtur Diodori Siculi locus IV, 3. (cf. Philonides medicus ap. Ath. XV, p. 665, d.) ib. Wessel.: Φασὶν ἐπὶ τῶν δείπνων ὅταν ἄκρατος οἶνος δίδοται πᾶσιν, ἐπιλέγειν ἀγαθοῦ δαίμονος, ὅταν δὲ μετὰ τὸ δεῖπνον δίδοται κεκραμένος ὕδατι, Διὸς σωτῆρος ἐπιφανεῖν. τὸν μὲν γὰρ οἶνον ἄκρατον πινόμενον μανιώδεις διαθέσεις ἀποτελεῖν· τοῦ δ᾽ ἀπὸ Διὸς ὄμβρου μιγέντος τὴν μὲν τέρψιν καὶ τὴν ἡδονὴν μνειν, τὸ δὲ τῆς μανίας καὶ παρκλύσεως βλάπτον διορθοῦσθαι. Huc quoque referendus locus IV, 4. de ferula (νάρθηξ) Baccho attributa. Ceterum noster locus lucem accipiat 1) ex veterum sententiis de vi annulorum et magica et physica, quas suppeditat Kirchmannus de annulis c. 21. cf. Böttigerum in Sabina P. II, p. 162, ed. 2. qui ibi laudat Lucian. [opp. T. III, c. 17 et 38. 2) ex

loco classico Heliodori Aethiop. V, 13. ubi *ἀμέθυσος* dicitur, et praeter cetera quae ibi de eo praedicantur, illud legitur: *ὐ γὰρ ἐπιψεύδεται τὴν προσηγορίαν, ἀλλ' ἀληθῶς ἀμέθυσος τῷ φέροντι γίγνεται, νηφάλιον ἐν τοῖς συμποσίοις διαφυλάττουσα.* cf. Corayi nota p. 178. qui plura in hanc rem ex Plinio Plutarchoque affert. Etenim Plutarchus ex lapidis colore ejusdem nomen deduxerat. Plinii autem locus est H. N. 37, c. 9, sect. 40, p. 78 4.ed. Hard. ubi est: eas gemmas Magorum vanitas resistere ebrietati promittit. Ad quem locum Harduinus ex Alberti magni L. ll. de miner. p. 228. haec de amethysto in medium profert: Operatur autem contra ebrietatem, ut dicit Aaron, et facit vigilem.

COMMENTARIUS MYTHOLOGICUS
IN LIBRUM DECIMUM TERTIUM.

V. 1. Accedimus nunc quidem ad expeditionem Indicam, sed non prius quam in libro XXIII. Bacchum Indiam intrantem videmus, ideoque D. Heinsius Nonnum jure quidem prolixitatis arguere atque accusare videtur, neque abs re judicare, episodiis ejus opus carere, cum totum sit episodium. Sed Nonnum nequaquam absque omni ordine, via ac ratione progredi, ex conspectu omnium ejus librorum, quem opello nostro addidimus, apparebit. — De Bacchi in Indiam expeditione hoc loco quaedam attulisse juvabit, quae lucis nonnihil fabulae universae afferre videntur. — Hanc expeditionem descriptam legimus in Euripidis Bacchis 13 sqq. ubi Bacchus ipse suas referens res gestas plures nominat, quos adierit populos, quorum Nonnus nullam fecit mentionem; apud Strabonem quoque I. p. 33. Cas. et apud Diodorum Siculum L. IV. Bacchi in Arabiam expeditionem similem Indicae refert Arrianus exp. Al. M. VII. 20. cum quo loco conferri potest, quod posuit Nonnus XVII. p. 436. 15. Quam saepe animadvertimus inter Bacchum et Aegyptiorum Osiridem similitudinem, ea intercedit et hoc loco. Sed num cum viris doctis statuamus, Bacchum hominem fuisse, qui Graecos, inprimis vero Thraces Boeotosque vini culturam do-

cuerit; quod beneficium grato accipientes animo, harum terrarum incolae divino illum honore sint prosecuti? Quod vero ad Bacchi vestigia in India, Aegypto etc. occurrentia attinet, num cum iisdem ponamus, Graecos terrarum orbe latius cognito et alibi quoque vini culturam videntes similemque Bacchi cultui cultum, Bacchum suum orbem terrarum peragrantem in Indiam quoque victrici exercitu descendentem indeque triumphantem reversum finxisse, cum tritum quidem id notumque sit, Graecos, uti postea Romanos, in omnium quas adierint gentium diversissimis religionibus suas invenisse fabulas suumque cultum? Quibus addi potest, quod Diod. Siculus L. I. 23. p. 65 sqq. tradidit, ubi historiam Bacchi Graecorum ita enarratam legimus, ut prodeat, Orpheum factum quoddam tanta celebritate minime dignum carmine celeberrimum reddidisse, et humanis casibus fere quotidianis divinum quid fingendo attribuisse, eumque hoc quidem ex Graecorum more fecisse, qui omnes fere heroes et Deos sibi vindicaverint. (Sed operae pretium facturus est qui totum perlegerit locum, ibique contulerit Wesselingium, qui laudat Euripidis Bacchas v. 27.)

Speciosa quidem haec, vera non item. Quicunque enim antiqui cujusdam cultus vel *μύθου* cognoscere vult originem, ejus ritus antiquissimos prius, utpote certius ad finem ducentes, consulat necesse est, quam fabulas, saepissime seriore aetate ad ritus, de quorum significatione vera non amplius inter omnes constaret, explicandos inventas. Jam vero Bacchi inter Graecos cultum primum in Thracia antiquissima, Macedoniam, Thessaliaeque maximam partem complectente et Boeotiae contigua floruisse constat, circa Rhodopen Haemumque montes, Brigum (qui postquam in

Asiam migraverunt Phryges dicti) Pieriaeque floridas regiones. Videmus asiatica pompa celebrata orgia, asiaticam musicam, tibiarum nempe, tympanorum cymbalorumque strepitus, asiatica denique symbola atque attributa; omnia Asiam antiquam, imo Indiam redolent, quod item cadit in nomen Dionysi, (de quo supra), in currum, cui pantherae adjunctae, quarum quoddam genus, pulchris distinctam maculis pellem gerens (Unze) hodieque Indi septentrionales cicurant, quodque vinum amare credebatur, et quarum nomen Bocharto (Hieroz. I, 3. 8. p. 800 sqq.) teste orientale est, quamquam graeci pantheram sic dictam affirment, quia sit Πανὸς θὴρ. Quid quod et antiquissima Bacchi forma nequaquam formoso Thebarum deo similis, sed barbata in antiquioribus monumentis ac formis (uti est in antiquissima imagine, quam Platonem prius nunc rectius Bacchum indicum appellarunt antiquarii; v. Hirt. archaeol. Bilderb. I. Tab. X. 2. ex Museo Pio-Clementino) capite semivelato, cornua simul gestans (sed haec quidem nonnisi in Naxiorum numis barbatus habet Bacchus v. Hirt. p. 79.) Asiam ei patriam designant? Clarius vero Graeci ipsi idem testantur. Cur enim Arrianum, cur Strabonem (locis ad IX, 3. laudatis) non audiamus, quibus optimorum fontium usus patuit, cur Dionysium Milesium nihili faciamus, qui Ol. 65. floruit, quem Diodorus Siculus per totum fere librum tertium sequitur, praesertim vero capp. 51. et 65., quique scripserat κύκλον ἱςορικὸν libris septem absolutum (teste Suida et Schol. Apollon. III. 20.) in eoque opere veterum fabulas diligentissime fuerat executus, omniaque exposuerat, quae Bacchum, Amazonas, Argonautas, bellum Trojanum et id genus alia spectant, additis fabulatorum (τῶν μυθογράφων) et poetarum carminibus; cur non

respiciamus ea, quae tam aperte Euripides in Bacchis posuit, praesertim v. v. 181. sq.

Πενθ. Ἦλθες δὲ πρῶτα δεῦρ', ἄγων τὸν δαίμονα;

Διόν. Πᾶς ἀναχορεύει βαρβάρων τάδ' ὄργια. — cur aures obturemus, si ex India nostra quoque aetate narrationes nobis traduntur *), qualem tradidit doctissimus Jones, (asiatic researches T. I, p. 257. vers. vernac. p. 219.) antiquam de liberatore gentium gigantumque domitore Rama fabulam esse apud Indos, qui ex septentrionalibus Indiae partibus a monte Meru urbi Nischada (Nysae?) propinque descenderit. (l. c. p. 222. cf. p. 207). Hunc, quem Indi dicunt Rama deum idem scriptor in poemate qui nomen est Ramajan, Nonni Dionysiacis persimili, celebrari ait, eumque eandem esse trinitatis (Trimurti) Indicae partem, quae et Shiwa (vis divina destruens atque regenerans) interdum Bagis (Bacchus?) appelletur. Shiwa quoque indicus tauri forma occurrit, qualis Baccho a poetis nonnunquam tribuitur. Accedit quod Graeci ipsi (Diodor. Sic. lll. 65. I, 15.) nonnunquam Bacchum in Nysa Arabiae monte natum dicant, ibique vel in Assyria (i. e. Asia interiore **) Bacchi cultum ortum esse. Quis porro maximam quae intercedit similitudinem inter Bacchum et Aegyptiorum Osiridem, (v. quae ad hoc Bacchi nomen diximus) Persarum Mithram, Phoenicum Syrorumque Adonidem et deum qui Indis Shiwa dicitur non agnoscet? Sed sufficiat haec monuisse, ut agnoscatur, prima

*) Quas quidem seorsim spectatas nihil probare posse concedo, cum de earum antiquitate et γνησιότητι non satis certi simus.

**) Arabiae enim Assyriaeque nomine omnes meridionales et septentrionales Asiae partes insigniebant Graeci prisci geographiae minime gnari.

hujus fabulae stamina in Asia quaerenda esse *), neque absque ratione id dici posse, Graecos, qui ex India septentrionali et ex ea quidem regione, quae nunc dicitur Cachemire, Bacchi acceperint cultum, tempore insequenti rem plane invertisse et ab ipsis Bacchi cultum in Indiam translatum tradidisse, utpote qui avari quodammodo essent in adjudicandis sibi diis religionibusque. Ceterum nequaquam id negaverim, Thraces jam antea deum quendam habuisse, cui ob quandam, vel minimam, cum Baccho orientali similitudinem omnia, quae ipsis tradita fuerint adscriberent. Neque hoc quoque infitias iverim, Thebis hominem ex Cadmi posteris vixisse, qui vini culturam in Graecia crebriorem fecerit; sed in hunc sane contulerunt fabulas, quas ex Oriente acceperant, neque vero ipsi fabulam primitivam et cultum finxerunt, quod ex cultus hujus natura demonstrari potest. Sed jure quidem summo quis interroget, qua via hunc Bacchi cultum ex India in Graeciam venisse dicamus? Cui quidem prouti nobis res desiderare videtur, respondebimus. — Verum est, non prius quam in Euripidis Bacchis Bacchi in Indiam expeditionem occurrere. Ibi vero non est triumphus bello feliciter gesto, sed pompa potius solennis, qualem Persarum Dschemschid v. Giamschid duxisse dicitur, ut gentes populosque orgia sua atque mysteria doceret. Ex Asia in Thraciam vite translata, neque vero prius, fabula de Baccho vini deo increbrescere potuit, vel potius fingi; nam Graeci ideas philosophiae naturam indagantis (quam physiologiam dixere) vel religionis non uti traditae illis fuerant retinere atque in suas recipere solebant, sed, quod jam antiquus Aegyptius quidam sacerdos Soloni apud Plat. in Timaeo p. 22. b.

*) Cf. et add. quae monuimus ad Nonn. IX 3. et 18 sqq.

objecit, fabularum (*μύθων*) ita amantes erant, ut, paullo postquam aliquam illarum idearum accepissent, ob mythicas narrationes, quibus illam involverent, id quod fabulae occasionem dederat, apud populum fere e memoria evanesceret et fabula, quam invenerant, primaria illis cultus pars esset. Ex India quidem non recta via in Graeciam migravit cultus, sed a gentibus interjacentibus, Babyloniis, Assyriis, Phrygibus, ad Thraces Graecosque pervenit, *) ita, ut Indorum ideam, quae ea esse videtur, quam in Shiwa deo illi exprimunt, ne puram quidem atque illibatam acceperint.

V. 2. Iris quidem plerumque non Jovis sed Junonis imperia perficere solet, sed tamen in Iliade quibusdam locis Jupiter ad exsequenda ministeria Iride utitur v. c. Ω, 144. Θ, 398 Λ, 185. Ο, 157. Iris ab Hesiodo Theog. 265 sq. Thaumantis ex Electra filia dicitur, uti est ap. Nonn. XXXVI, sub fin. Thaumas vero a nonnullis prosopopoeia aquarum dicitur, quae iridem oriri faciant.

V. 3. Aliud, immo contrarium huic loco et versui 20. legimus ap. Nonn. XXXI, 93 sq.

— — *εὐσεβίῃ δὲ μεμηλότας ἔκτανεν Ἰνδοὺς,*
οὓς τάχα **) *πασιμέλουσα Θέμις μαιώσατο μαζῷ.*

V. 5. Contradicit huic loco Arrianus exp. Al. VI, 3, 8. dicens: *τὸν Διονύσου ἐπ' Ἰνδοὺς στόλον οὐκ ἐμέμνηντο γενέσθαι ναυτικὸν*, cf. quoque Argumenta LL. XXXVI, XXXIX. Dionysiacorum.

V. 6. Deriadis genus cecinit Nonnus L. XXVI sub fin:

*) Cf. Creuzeri Dionys. I, p. 63.

**) Nisi *τάχα* ap. Meleagr. 12, 14, not. significaret profecto, corigerem: *ποτέ*.

Πάντων δ' ἡγεμόνευεν ἐς Ἄρεα κοίρανος Ἰνδῶν,
Ὅν διερῇ φιλότητι πατὴρ ἔσπειρεν Ὑδάσπης,
Ἀστρίδος εὐώδινος ὁμιλήσας ὑμεναίοις
Κούρης Ἠελίοιο. κ. τ. λ.

V. 7. Quid effecerit Bacchus, sive quid effecisse dictus sit, docet Arrianus Exp. Al. VI, 3, 10. Φιλῳδοί, εἴπερ τινές ἄλλοι, Ἰνδοί. καὶ φιλορχήμονες ἀπὸ Διονύσου ἔτι, καὶ τῶν ἅμα Διονύσῳ βακχευσάντων κατὰ τὴν Ἰνδῶν γῆν.

V. 8. En Iridem alatam, quae Homero πόδας ὠκέα (B. 790.) vel ποδήνεμος (Γ, 121.) vel ὠκέα (Ψ, 198.) simpliciter dicitur! Neque obstat, quo minus eam non alatam credamus Il. Θ, 398. et Λ, 185. Hy. in Cer. 314. epitheton χρυσόπτερος, quod demonstravit Vossius, (myth. Br. T. I, p. 143 sq.) qui universe de diis alatis conferendus. Sed tamen nondum expedita videntur omnia, quandoquidem Vossii sententiam minus late patere voluerunt alii, v. c. Boettigerus, Schlichtegrollius.

V. 17. Elegantem sane poëtam, qui Deam vino se inebriantem et Jovis mandata mugientem fingit!

V. 27. De Argo v. Apollod. II, 1, 3. ib. Heyn. p. 247 sq. p. 253 sq. Hygin. f. 145. Ov. Met. I, 713 sqq.

V. 28. Delphyne est Draco Pytho v. Apollon. Rhod. II, 708. (ib. Schol.) qui eam Δελφύνην πελώριον vocat, quod Spanhemius in Δελφίνην mutandum censet ex Tzetz. ad Lycophr. p. 43. Inde Apollo dictus creditur Δελφίνιος. Cui sententiae accedit Brunkius ad Apollon. l. l. De alia Delphine, Jovis in antro Corycio custode v. Apollod. I, 6, 3. ib. Heyn.

V. 37. De Pyrrhicho cf. praeter Nonnum XXVIII. sub fin. XIV, 34 sqq. etiam Aristoxenum philosophum peripateticum ap. Ath. XIV, p. 630, c. f. Unum e

Curetum numero et Silenum Pyrrhichum invenimus ap. Paus. in Lacon. (III) 25.

V. 45. Bene Falkenburgius ad h. l. ita: Hinc convincitur Nicandri interpres, qui non distinguit Satyros a Silenis in Alexipharmacis: οὗτοι οὓς ἡμεῖς σατύρους λέγομεν οἱ ἀρχαῖοι σιληνοὺς ἐκάλουν, ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν, ὅ ἐςι λοιδορεῖν.

V. 54. Num hoc loco de eodem Actaeone sermo est, cujus mors L. V. describitur? Si consideramus versum 82. nostri libri, ubi avus ejus paternus Apollo dicitur; (Apollo enim fertur Aristaei pater, cujus filius Actaeon fuit) statuendum videtur, Nonnum illo loco ὕςερον πρότερον, quod vocant, commisisse et casum illum post expeditionem narrandum fuisse. Id quod ipse Nonnus indigitat L. V, 269. De Actaeone cf. Apollod. III, 4, 4. ubi ex Acusilao relatum legimus periisse Actaeonem μηνίσαντος τοῦ Διὸς ὅτι ἐμνηςεύσατο Σεμέλην et Paus. Boeot. (IX) 2. ait Semelae connubium Actaeoni a Diana praereptum. Cf. eund. Phoc. (X) 30. Ov. Met. III, 131 sqq. Hygin. f. 180 sq. Diod. Sic. IV. extr. Ceterum Nonnus quoque jam L. VIII, 386. de Actaeonis morte quasi de re praeterita loquentem facit Semelam.

V. 64. Falk. ad h. l. ita: Ἡ γὰρ λίμνη Κωπαΐς ἐκλήθη; χαρίζει δὲ Ὅμηρος τὰς ἐγχελύας τῶν ἰχθύων, ἐπεὶ οὔτε ζῶα τίκτουσιν, οὐδέ σπερματικοὺς, οὐδὲ ὑςερικοὺς πόρους ἔχουσιν, οὐδέ εἰς θῆλυ καὶ ἄῤῥεν διακρίνονται. ἀλλ' αὐτόματοι ἐν πηλῷ συνίςανται ἔκ τινος ἀποῤῥεούσης αὐτῶν ὑγρότητος, ὡς καὶ ἱςορεῖ Ὀππιανός. Eustath. Il. Φ. vide Oppian. Halieut. ά.

V. 67. De Tychio σκυτοτόμῳ v. Il. VII, 219 — 21. ubi Ajaci scutum fabricasse dicitur.

V. 68. Qualis est hic Euryalus? Num is qui semper cum Niso Trojano occurrit, utpote huis conjun-

ctissimus, de quo tam multa exstant testimonia v. c. egregium illud ἐπεισόδιον in Virg Aen. IX, 176 sqq. Hom. Il. B, 565. Ath. XIII, p. 564 f.? Minime hoc statuendum videtur, nam hi quidem post bellum trojanum superstites Bacchi comites nequaquam fuisse possunt. Priorem Nisum Bacchi nutricium nobis nominat Hyginus f. 131. Sed Apollodorus I, 9, 18. Euryalum Mecisti filium nobis in Argonautis, eundemque adversus Ilium proficiscentem I, 9, 13. refert, imo in Epigonis recenset III, 7, 2., nos vero jure quidem Meleagrum (v. quae ad v. 89. attulimus) mox subsequentem eundem cum Argonauta Meleagro esse statuere credimus *), ergo et Euryalum hunc Argonautis adnumerare non dubitamus.

V. 69. Plurima sunt; quae tradiderunt veteres de Amphiarao ejusque oraculo et curru: nos paucis defungamur. Primum ejus mentionem injicit Herodotus I, 46. Fuit Thebaici belli heros, Oiclis filius (Pausan. Lac. 12.) vates inprimis ἐγκοιμήσει (incubationibus) oracula edens, (Paus. Cor. 13.) prope Orobum hiatu terre absumtus cum curru. Paus. Att. 34. Cor. 23. Ji qui oraculum Amphiarai consulebant arietis sacrificati velleri incubantes in somnis edocebantur. Ad nostrum locum, praesertim de Amphiarai curru, explicandum, plurimum facit locus Strabonis IX, p. 619. Alm. quem, cum sit maximi momenti, integrum adscribemus: ὡς δ' αὔτως καὶ τὸ Ἅρμα, τῆς Ταναγραϊκῆς κώμη ἔρημος, περὶ Μυκαληττὸν ἀπὸ τοῦ Ἀμφιαράου ἅρματος λαβοῦσα τοὔνομα ἑτέρα οὖσα τοῦ Ἅρματος τοῦ κατὰ Ἀττικὴν —. — ἐνταῦθα δὲ ἡ παροίμια τὴν ἀρχὴν ἔσχεν, ἡ λέγουσα ὅποτε δι' Ἅρματος ἀστράψῃ (i. e. docente Eustathio ὀψέ ποτε, καὶ διὰ χρόνου ἀδήλου.) ἀστραπήν τινα σημειουμένων κατὰ χρησμὸν τῶν λεγο-

*) Cf. quae ad VIII, 382 ex Clem. Al adtulimus.

μένων Πυθαϊςῶν, βλεπόντων ὡς ἐπὶ τὸ Ἅρμα, καὶ τότε πεμπόντων τὴν θυσίαν εἰς Δελφοὺς, ὅταν ἀςράψαντα ἴδωσιν. ἐτήρουν δ' ἐπὶ τρεῖς μῆνας· καθ' ἕκαςον μῆνα ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας ἀπὸ τῆς ἐσχάρας τοῦ Ἀςραπαίου Διός. ἔςι δ' αὕτη ἐν τῷ τείχει μεταξὺ τοῦ Πυθίου καὶ τοῦ Ὀλυμπίου. Περὶ δὲ τοῦ Ἅρματος τοῦ Βοιωτικοῦ, οἱ μὲν φασὶν ἐκπεσόντος ἐκ τοῦ ἅρματος ἐν τῇ μάχῃ τοῦ Ἀμφιαράου κατὰ τὸν τοπον οὗ νῦν ἐςὶ τὸ ἱερὸν αὐτοῦ, τὸ ἅρμα ἔρημον ἐνεχθῆναι περὶ τὸν ὁμώνυμον τρόπον. cf. Pausan. Boeot. 19. et Steph Byz. s. v. Ἅρμα: quorum hic cum Eustathio ad Il. B. p. 256. diversam a reliquorum forma narrationem habet. Ait enim Stephanus: Ἅρμα —ἐκλήθη ἀπὸ Ἀμφιαράου τοῦ ἅρματος· ἐνταῦθα γὰρ καταφυγεῖν φασι μετὰ τοῦ ἅρμοτος, καὶ οὐκ ἐκδοθῆναι τοῖς διώκουσιν ὑπὸ τῶν κατοικούντων. Permulta de Amphiarao Apollodorus tradit, in apri Calydonii venatoribus eum numerat I, 8, 2. in Argonautis I, 9, 16. et L. III, 6, 1 sqq. reliquam ejus historiam persequitur.

V. 73. Anthedonis mentionem facit Homerus H. B. 508. Haliarti ib. 505. Sed universe h. l. monendum videtur, Nonnum in rebus geographicis saepissime Homeri navium catalogum sequi, quem contulisse juvabit.

V. 77. De Mycalesso v. Strab. IX, p. 619. Alm.

V. 84. Hymenaeus, nuptiarum sive conjugii praeses, alias Bacchi et Veneris filius (eadem allegoria Priapum eorundem parentum filium vocat) per totum Nonni XXIX. librum occurrit; ibique v. 33. Phlegyae filius dicitur; Libro XXXIII, 78. Uraniae (Veneris?) filius vocatur, apud Athenaeum XIII. p. 603, d. Licymnius Chius poeta Argynni amasium Hymenaeum fuisse ait. Sed hic forsan a Bacchi filio distinguendus. — Bacchus quoque in Diis conjugalibus occurrit. v. Virg. Aen. IV, 57. cf. Creuzeri Dion. I, p. 240.

V. 87. Egregium opus anaglyphum Argus fabricationem exprimens v. ap. Zoëgam l. c. VII, Tab. 45. (villa Albani.) cf. Eudoc. viol. p. 79.

V. 88. Jasonis historiam permulti auctores tractant. Praeter Orphica et Apollonium Rhodium itemque Valerium Flaccum v. Pind. Pyth. IV, Apollod. I. 9. 16. sqq. ib. Heyne p. 172. sqq. Diod. Sic. IV. 40—55. Alexandridem Comicum apud Athen. EI, p. 242 f.

V. 89. Meleagri historiam, Argonautae celeberrimi, apri Calydonii venatoris, qui a matre Althaea quamvis longe ab ipso distante injecto in ignem fatali titione interemtus est, multi scriptores veteres referunt. v. c. Apollod. I, 8, 1—5. Diod. IV, 54. Ovid. Met. VIII, 270 sqq. Hygin. f. 171—174. Ant. Liber. fab. 2. Philostrat. jun. Icon. 15. cf. Aeschyl. Choëph. v. 601 sqq. Add. Zoëga l. c. VIII, Tab. 46. (Morte di Meleagro) p. 217 sqq.

V. 99. Orion Jovis, Neptuni et Mercurii filius fuit. Hi enim Dii una profecti et apud hominem pauperem, Hyraeum nomine, diversati in hospitalitatis praemium id quod peteret se facturos pollicebantur. Filium ille optavit, sed uxore mortua despoponderat novum matrimonium. Dii, ut pellem bovis, quem ad ipsos excipiendos mactaverat, adferret, postulant. Tum ea in aquam demersa filium Hyraeo exinde fore promittunt, si studiose illam custodiret. Orion inde enatus magnus factus est viator, ita ut Dianam in artis certamen provocaret, quae vero scorpione in eum misso eum interimit. A Jove deinde Orion in stellam, nives ac procellas advehentem, mutatus est. Sic, vel simili modo ejus historia narratur ab Hygino f. 195. Apollod. I, 4. cf. ib. Heyne, et quos ille laudat locos, Diod. Sic. IV, 85. qui hoc quoque loco, uti saepissime, nullo auctore laudato tantummodo se τὰ μυ-

ϑολογούμενα relaturum ait; Nonnus passim, v. c. IV. 338. III, 3. XLVIII, 400.

V. 107—109. V. Eurip. Iphig. Aulid. 115; ubi vero non Ulysses adducit Iphigeniam, sed haec cum Clytaemnestra litteris arcessitur. v. 114. cf. Aeschyl. Agam. 149.

V. 118. Notissima est lex sacrorum in Taurica regione, ut peregrini, qui maris tempestate eo delati fuissent, mactarentur.

V. 124. Hyampolis occurrit ap. Hom. Il. II. 521. Herodot. VIII, 28. Strab. IX, p. 637. Paus. Phoc. (X.) 35. Steph. Byz. h. v.

V. 131. Parnassus et δικόρυφος dictus, alter vertex Baccho, alter Apollini sacer erat. cf. Eur. Bacch. 307, 408, 559. Ion. 552. Herc. fur. 790. — Bacchus Delphis quoque colebatur, ideoque Cunaei lectio λαοῖς pro Δελφοῖς non simpliciter recipienda videtur *).

V. 132 — 134. In lyrico poëta petram clangentem, tripodem loquentem, fontem sapientem facilius ferremus, quam in epico. Nonnus forsan colorem duxit ex Callim. Hy. in Del. 286. quod attinet tripodem loquentem. Sic enim Callimachus l. l

Γηλεχέες, θεράποντες ἀσιγήτοιο λέβητος.

Quod fontem sapientem attinet, cogitari et tolerari potest ὕδωρ μαντικὸν, idque etiam recte dici potest σοφόν.

V. 140, 141. Cf. L. IX, 99.

V. 147. Homerus quidem Il. XI, p. 427 sqq. Socum Hippasi filium ab Ulysse interfectum refert; sed non eundem et nostrum esse dixerim. — Socus et Mercurii fuit cognomen.

*) Schol. Apoll. Rh. ad. II. 713. itemque Etym. M. h. v. tradunt, quoniam ἡ λάρναξ i. e. navis Deucalionis hic adhaeserit, inde montem dictum esse Λαρνασσὸν, unde paullatim factum sit Παρνασσός.

V. 148. Combe cognomine Ophias (ab Ophio patre) arma aënea invenisse fertur cf. Ov. Met. VII, f. 15.

V. 171. Hic Erechtheus e progenie antiquissimi Erechthei esse videtur, qui et Erichthonius dictus fuit. — Cf. Il. II, 547 sq. 559. — Hyginus f. 46. eum Pandionis filium appellat, fata ejus posteriora narrans. De Erichthonio e Vulcani seminis effusione nato v. eund. f. 166. quem Nonnus XLI, 61. Vulcani et terrae filium appellat. Apollodorus III, 12. 2. et 14, 6. seriorem Dardani filium vocat. cf. Eudoc. Viol. p. 159. Pausan. Att. (I.) 18. Not. ad Eurip. Jon. 267. ed. Barn. Erechtheus vel Erichthonius dictus fertur ἀπὸ τῆς ἐρίδος καὶ χθονός. Vulcanus enim, quae trita est fabula, cum Minerva concumbere voluit. Sed cum Dea repugnaret pudicitiamque defenderet, semen Vulcani in terram decidit, unde puerum natum nomen traxisse dicunt. Ov. Met. II, 552 sqq. Hygin. f. 166.

V. 185. De Celeo Triptolemi patre, qui Cererem hospitio excepit v. Nonn. XIX, 91. XXVII, 285. XLVII, 48. Apollod. I, 5, ib. Heyn. p. 61. Fons fabulae quaerendus in Homerico Hymno in Cererem 96 sqq. ubi copiosius exposita est.

V. 190. De Triptolemo v. Apollod. I, 5. ib. Heyne p. 64. — Triptolemus Osiridi quoque orbem terrarum peragranti socium se adjungit serendarum frugum caussa ap. Diod. Sic. I, 18 sq. cf. V, 68.

V. 200. Cunaeus ad h. l. ita: Rem vulgatam nos docet, Athenienses veteres fuisse τεττιγοφόρους (ut significarent, se esse αὐτόχθονας). Hoc enim et Thucydides jam ante, et multi alii dixere. Sed quomodo ait solutos fuisse et fluitantes eorum crines? Hoc falsum est; haerebant enim cicadae in crinium nexu, quem graecus interpres Thucydides κρώβυλον in viris, in foeminis κόρυμβον *), in pueris σκόρπιον fuisse dictum

*) Κόρυμβος ex ipsa bacchica planta nomen accepit, quando-

scribit. Non erat igitur cur plexos fuisse negaret Nonnus. Ceterum congerebantur utrinque capilli in conum, ut quasi structura quaedam videretur. Juvenalis in satyris:

— — tot adhuc compagibus altum
Aedificat caput. — "

Conferenda hac de re Creuzeri fragmm. antt. hist. p. 234. add. Winkelmann. monum. antichi inediti I, p. 54. Thuc. I, 6. Anacr. XLIII, 16. ib. Fischer. Antipater Sidonius in Anthol. Gr. n. 27. ib. Jacobs. p. 35. Athen. XII. 5 et 30.

V. 201 — 203. Aeacus fuit Jovis ex Aegina filius, rex insulae Oenopiae s. Oenones, quam Aeginam e matris suae nomine appellabat. Morbo pestifero rempublicam vastante Jupiter formicas (μύρμηκας) in homines mutavit, qui ab Aeaco Myrmidones dicti sunt. Ob justitiam et prudentiam imperii a Plutone Aeacum Minoi et Rhadamantho socium additum esse tritum est. cf. Hygin. f. 52. Apollod. III, 12, 6. ib. Heyne p. 767 sqq. Plat. Gorg. §. 172, ed. Heind. Melius suo more Strabo nominis Myrmidonum caussam exponit L. VIII, p. 576. Alm. dicens: Μυρμιδόνας δὲ κληθῆναι φασὶν οὐχ ὡς ὁ μύθος, τοὺς Αἰγινήτας, ὅτι λοιμοῦ μεγάλου συμπεσόντος, οἱ μύρμηκες ἄνθρωποι γένοιντο κατ' εὐχὴν Αἰακοῦ· ἀλλ' ὅτι μυρμήκων τρόπον ὀρύττοντες τὴν γῆν ἐπισπείροιεν etc. ἐν δὲ τοῖς ὀρύγμασι οἰκεῖν φειδόμενοι πλίνθων. Servius vero ad Virg. Aen. II, 7. ait: Aeacus cum in arbore formicas vidisset, optavit tot sibi socios evenire, et statim formicae in homines versae sunt: sed hoc fabula est. Nam Eratosthenes dicit Myrmidonas a rege Myrmidone dictos. — Duplicem quoque hujus fabulae narrationem profert Eudocia Viol. p. 297 sq.

quidem proprie est uva hederacea, deinde capillus, ad uvae hederaceae similitudinem compositus.

V. 214 sq. Cf. Nonn. XI, 135.

V. 220. De Asopo v. Apollod. I, 9, 3. III, 12, 6. ib. Heyne p. 768 sqq. Fuit Oceani et Tethyos filius. Jupiter eum in fluvium mutavit, quia in Jovem bellum paraverat, postquam filia ipsius Aegina a Jove gravida fuerat facta.

V. 223. Asterius, Cretae rex, Minois pater ap. Apollod. III, 1, 2. Cretes pater dicitur; I, 9, 16. in Argonautis numeratur Cometae filius dictus et alius Asterius I, 9, 9. Nelei ex Chloride filius dicitur; Nonnus eum L. XXXVII, 46. a Cretae monte Δικταῖον appellat.

V. 229. Minos ap. Hyginum f. 41. Jovis ex Europa filius. Latius exposuit Minois historiam, sed duos Minoës confundens Apollod. III, 1, 2 sqq. ib. Heyne p. 535, 537.

V. 286. De Parrhasia v. Strab. VIII, p. 595. Alm. a Parrhasio Arcadiae monte dicta. — Steph. ad Callim. hy. in Jov. 14.

V. 296. Callistus s. Calistus s. Helices (v. Nonn. XXXVI, 71. II, 124.) historiam v. ap. Apollod. III, 8, 2. ib. Heyne p. 666. Ov. Met. II, f. 8. Eandem cum Arcade filio in coelum receptam fulgere in astris septentrionalibus tritum est.

V. 300. Cyrene nympha Penei fluvii filia ab Apolline rapta in Asiam translata est, ubi Aristaeum peperit. Hygin. f. 161.

V. 313. Alii scribunt Melpomenem (Hyg. f. 141.) Sirenum fuisse matrem, alii Steropen, alii Calliopen, noster Terpsichoren. Sirenas jam antiquissimis temporibus notas fuisse videmus ex Odyss. XII, 156 sqq. Varie mutata fuit per temporum decursum a poëtis earum forma; aliis sunt ex foeminis et piscibus, aliis ex foeminis et avibus compositae, apud Plin H. N.

X, 49. in avibus fabulosis numerantur, ap. Ov. Met. XV, f. 9. faciei humanae adjunctum est corpus plumatum et avium pedes. cff. Nonnus XVII, 217 sq. et Hegesippus comicus ap. Ath. VII, p. 290, d.

V. 324. De hac fabula v. Nonn. XXXVII, 171. XLII, 105 sqq. Fulgentius Myth. III, extr. suo more miris etymologiis hanc fabulam explicat, inter alia dicens: Alpheus Graece quasi ἀληθείας φῶς id est veritatis lux. Arethusa vero quasi ἀρετίσα, id est, nobilitatis aequitas!

V. 328. Faunus aliis est Pici filius, prisci Latii regis; Saturni, quem majoribus suis adnumerabat, cultum instituit, Picumque atque suam sororem et conjugem Faunam inter Deos retulit. Romani eum ut Deum colebant, sub Fatuelli quoque nomine, cum ejus uxore Fatua, quam primam fanarum i. e. dearum credebant. (Ab hac Fatua derivandae videntur, quae nunc dicuntur gallica lingua Fées, ital. Fate, sing. Fata. Fatae in numis et inscrr. id quod Parcae v. Eckhel. catal. mus. Vindob. n. 15. Gruteri Thesaur. inscrr. p. 98 et 1015. Muratori Insc. p. 89.) Fatua illa tam fidelis fuerat marito, ut eo mortuo sponte se solitudini et silentio daret. Inde Romanae mulieres festum in ejus honorem celebrabant, quo durante morem Fatuae post mariti mortem imitabantur. Dicta est et bona Dea et Senta. — Fauni Silvanique erant Dii Romanorum silvestres. — Fanae vel fatuae nympharum genus, a quibus fanum nomen obtinuit. Varro Faunos a fando dictos scribit, quod in silvestribus locis soliti fuerint fari. — Nonnus praeter nostrum locum, ubi Jovis e Circe filium Faunum appellat, permulta de eo tradit per totum librum XXXVII.

V. 329. Non est in Italia Peloris, sed in Sicilia, ergo legendum docente Cunaeo Σικελίης.

V. 330. Circes historiae partem quilibet ex Odysseae L. X. novit, reliquam v. ap. Hes. Theog. 957, 1011. Apollod. I, 9, 24. I, 9, 1. Orph. Arg. 1205, 1215. Ov. Met. XIV, f. 1, 5, 6. Fulgentius Mythol. II, p. 190. ait suo more: Circe manus dijudicatio vel operatio nuncupatur, quasi χειρῶν κριτή. etc.

V. 331. Πολύθρονος dicitur Circe a permutatis sedibus. E Sarmatia enim pulsa petiit insulam Aeaeam, vel ut alii volunt Campaniae promontorium, quod postea Circaeum dictum est.

V. 335. Cadmum in Libya centum urbes condidisse refert Nonnus v. 365. cf. Euhemerum Coum mythographum ap. Athen. XIV, p. 658. f. et Zoëgam l. c. I. p. 11.

V. 339. Cur Harmonia Charite dicta? Equidem in hoc nomine vestigia retineri arbitror Cabiriarum religionum, in quibus frequentatur eorum nominum usus, quibus beneficii, gratiae, laetitiaeque notio inest, ut Χάρων, quae est etiam Plutonis vetus appellatio, ut Χαριδότης, quod nomen Baccho antiquitus inditum, ut Εὐβουλεὺς apud Orphicos. Hinc repetenda ipsa Χάρις Homerica, Vulcani conjux, Vulcanus enim ad Cabiros pertinet. Eodem autem referendus Cadmus cum Harmonia.

V, 351. Hespero tres fuerunt filiae, Aegle, Arethusa et Hesperethusa; possidebant mala, a dracone, quem Hercules occidit, custodita. v. Timachidam grammaticum et Aristocratem ap. Ath. III, p. 82, d, e.

V. 359. Astraeum Crii filium, Aurorae patrem fuisse refert Hesiodus Theog. 376 sqq. Hygino praef. est Terrae et Tartari filius. Sed haec locum nostrum non explicant. Melius forsan Nonnus ipse, qui L. VI, p.

182. Cereri vaticinantem Astraeum fingit. *Ἀστραίη κιθάρη* ergo erit cithara s. carmen vaticinans.

V. 361. De Atlante v. Hes. Theog. 509, 517. Apollod. I, 2, 3. III, 10, 1. ib. Heyne p. 681 sq. Ov. Met. IV, f. 16. cf. Albricus de deor. imagg. p. 326. ed. Comel.

V. 395. Aemathion Tithonis et Aurorae filius, latro crudelis ab Hercule occisus fertur. Regio, in qua versabatur, Thessaliae et Macedoniae pars, Aemathia dicta est, s. Emathia. Apollod. II, 5, 11. ib. Heyne p. 422. qui fabulae fontes monstravit. v. c. Hes. Theog. 984. Ap. Nonn. III, p. 86. est *Ἠμαθίων* Electrae filius.

V. 401. *Περσηῒς* Hes. Theog. 956. Apollod. I, 9, 1. III, 1, 2. fuit Solis uxor. Apud Homerum, Odyss. X, 139. est *Πέρση*.

V. 406—408. De hac Electra v. Nonn. III, ubi latius quae h. l. sequuntur exposita sunt.

V. 429. Oeagrus Thraciae rex, Musae Calliopes maritus fuit, ex qua Orpheum genuit. Hebrus Thraciae fluvius ab eo Oeagrus dictus. cf. Nonn. XXII, 168. Hermesianax ap. Ath. XIII, p. 597. b. ib. Schweigh.

V. 435. Amores alatos, uti et alios Deos alatos in antiquissimis scriptoribus non occurrere demonstravit Vossius. (Mytholog. Briefe T. II, p. 30.)

V. 441. En Cyprum cornutam! Ni fallor ob promontoria sic dicta fuit, an ab armentis, an vero sensum mysticum nos augurari vult Nonnus?

V. 445. Lapithae gens Thessaliae inculta ab Aeolo et Lapithe Apollinis filia originem ducens. Primi equos domuerant et ad Pirithoi et Hippodamiae nuptias cum Centauris congressi sunt. Hyg. f. 33. Athen. XIV, p. 613, a. Apollod. II, 5, 4. Eudoc. Viol. p. 275.

V. 460. Myrrha, Cinyrae filia, Adonidis mater in myrrham mutata est. Cinyras Paphum condidit. v. Heyne ad Apollod. III, 14, 3. Hygin. f. 164. Sed f. 58. eadem dicitur Smyrna. Hi vero loci minime sibi contradicunt, nam Graecis σμύρνα et μύῤῥα uti σμίλαξ et μίλαξ unum idemque est. Add. Ov. Met. X, 298. ib. Burmann. et Verheyk ad Antonin. Liberalem p. 224 sq. et praecipue in disputatione de dialecto p. 299 (ibid.).

V. 467. Ἠριγένεια substantivi nominis proprii significationem habet quoque ap. Hesiodum Th. 381. Nomen substantivum appellativum est apud Nonnum XI, 269. ubi significat auroram.

V. 505. Mygdonia Asiae minoris fuit regio. Μυγδονὶς φόρμιγξ est cithara Lydia aut Phrygia. Mygdonia Macedoniae quoque pars appellata fuit. v. Herodot. VII, 123. cf. Gattereri libr. de Thracia Herodotea et Thucydidea.

V. 508. Berecynthus Phrygiae mons Cybelae sacer, ergo h. l. intelligendae Phrygiae tibiae. cf. memorabilem locum Fulgentii Mytholog. L. III, p. 204 sq. ed. Comelin.

V. 521. De Priaso v. Nonn. XXXVII, 591.

V. 548. Caunus Byblidis frater dicitur apud Hyginum f. 243. Fuit et Cariae oppidum nomine Caunus v. Ath. III, p. 76, a. XIV, p. 621, a. Ov. Met. IX, f. 11.

V. 556. De Endymione v. Licymnium Chium poëtam lyricum ap. Athen. XIII, p. 564, c, d. cf. Fulgent. Mythol. II, p. 198.

CORRIGENDA.

P. 9. l. 1. leg. Lycophron p. 26. v. 157. l. *μόλῃ.* p. 42. v. 28. l. *ποταμηΐσι.* p. 45. v. 84. l. *λωϊτέρῃ.* p. 46. v. 115. l. *ἐντύνουσα.* p. ead. v. 120. l. *καμπύλον.* p. 59. v. 5. l. *θεράποντα.* p. 68. v. 207. in fine add. distinctio major. p. 71. p. 289. l. *θαύματι.* p. 73. l. 3. ab ult. l. *εἶδας.* p. 95. v. 323. l. *στενάχουσι.* p. 101. v. 473. l. *ὑψόθεν.* p. 106. v. 39. l. *γνώσεαι.* p. 141. v. 384. l. *θωρήσσων.* p. 147. v. 541. l. *βαρύγουνον.* p. 158. l. 2. ab ult. del. non. p. 172. l. 1. l. legimus. p. 173. l. 3. ab ult. l. ad. p. 184. col. 1. l. 25. leg. 166. sqq.. p. 216. l. 15. l. *ὅτι ὁ.* p. 224. l. 10. l. flagrantem. p. 228. l. 4. ab ult. l. sibi. p. 234 l. 3. l. serpentem lin. 4. l. e limo natum. p. 237. l. 8. l. *Νηρῆϊ.* p. 272. l. 8. l. *ἅρμα.*